Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Coleg.° Maior

BIBLIOTECA
DEL
Colegio Mayor de Nuestra Señora
del Rosario
E15N008Ej.1

13491

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Colegio Mor. del Rosario





PATRIS INSOMNIVM



GALENI DOCTORES



HEPATICI COGNITIO

GALENI

Septima Classis

CVRANDI METHODVM TVM diffuse tum breuiter descriptam, victus ratione in morbis acutis, singulorum morborũ facile paranda remedia, priuatam quorundã morborum curationẽ, chirurgię constitutionẽ, fracturarũ ac luxationũ sanationem, fasciarum deniq; & laqueorum & machinamentorum tractatum continet.

ET HAEC CLASSIS, TERTIA HAC EDITIONE, aliquid ornamenti consequuta est, pluribus locis integritati restitutis.

Librorum index proximo folio continetur.

Τὸ θεραπευτικὸν.

Exel Colegio M. de N. Sr. del Ros.
Arzobispo de Santa Fee
D. Frai Cristobal Hernandez
BEL COLEGIO DE NRA SRA DEL ROSARIO



Cum summi Pont. Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS. M D LVI.



CRISIS PRÆCOGNITIO



AMANTIS DIGNOTIO



PALESTRITE CVRATIO



DISCEPTATIO CVM ALEX HABITA

Colegio Mayor del Rosario

Libri Septimæ Classis.

GALENI De medendi methodo libri xiij, Thoma Linacro interprete, denuo cum græcis codicibus ab Augustino Gadaldino diligenter collati. fo. 2

De arte curatiua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leoniceno interprete: ab Augustino Gadaldino ad fidem antiquorum græcorum codicum aliquot in locis correcti. 94

Post hunc librum collocari debuerat libellus, cui titulus est: Quos, & quando, & quibus medicamentis purgare conueniat. qui est in quinta Classe, pagina lxxxviij. qui liber est cap. xxiij. libri septimi Oribasij ad Iulianum Imperatorem.

In libros Hippocratis de victus ratione in morbis acutis cõmentarij quatuor, Ioanne Vasseo Meldensi interprete, ab Augustino Gadaldino cũ antiquis codicibus græcis diligentius collati, & plerisq; in locis emendati. 108

De remedijs paratu facilibus liber, ab Huberto Barlando Philiatrio latino sermoni traditus. 153

De remedijs paratu facilibus ad Solonem, spurius, à Iunio Paulo Crasso conuersus. 161

Liber tertius de remedijs paratu facilibus, spurius, Iun. Crasso interprete. 169

Documẽtum de puero epileptico, Nicolao Leonico Thomeo interprete. 175

In librum de natura humana commentarius secundus, à Nicolao Macchello medico Mutinensi translatus, & ab eodem diligentius recognitus. 181

De incantatione, adiuratione, & suspensione liber Galeno falso ascriptus. grece non habetur. 181

De oculis spurius, Demetrio Græco interprete, à varijs mendis expurgatus. 182

græcum exemplar desideratur.

De renum affectuum dignotione atque medela, Christophoro Heyl interprete. spurius. 191

In librum Hippocratis de ijs, quę in medicatrina fiunt, cõmentarij tres, Ioãne Bernardo Feliciano interprete. 197

In librum Hippocratis de fracturis commentarij tres, eodem interprete. 223

In librum Hippocratis de articulis commentarij quatuor, eodem Feliciano interprete. 251

De fascijs Vido Vidio Florentino interprete. 293

Oribasius de laqueis ex Heracle, eodem Vido Vidio interprete. 306

Oribasius ex Heliodoro de machinamentis, eodẽ Vido Vidio interprete. 309

GAL. METHODI MEDENDI,

ID EST DE MORBIS CVRANDIS,

LIBRI QVATVORDECIM,

Thoma Linacro Anglo interprete:

Ad græcorum codicum fidem ab Augustino Gadaldino diligenter collati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Thessalum ac reliquos methodicos reprehendit, qui in sanitate ac morbo dignoscendo plurimum aberrarunt, docetq; principia methodi, qua morbus tum dignosci, tum curari debet.

Retardatam ea de causa fuisse horum librorũ editionem, quòd ignauissimi ad bonas artes excolendas, maiorumq; studia amplexanda, Galeni tempore homines extiterint. CAP. I.

CVanquam & tu sæpe aliàs, charissime Hiero, & alij quidam amici me nunc hortantur, vt sibi medendi methodum conscribam: & ego sanè, tum vobis in primis gratificari, tum vero posteros pro viribus iuuare cupio: semper tñ sum cunctatus, ac distuli, idq; multis de causis, quas nũc quoq; satius (opinor) fuerit prius, q̃ opus ipsum aggrediar, exponere: sunt enim ad ea, quæ post dicentur, sanè non inutiles. Earum igitur omnium illa præcipua fuit, quòd frustra me scripturum timebam: cum nemo propè dixerim, hac nostra ętate veritatis inquisitioni sit deditus, sed pecuniam, & ciuilem potẽtiam, & inexplebiles voluptatum delicias omnes eousq; suspiciant, vt, siquis sapientię quoduis studium sectetur, pro insano hunc habeant: quippe qui primam ipsam & vere sapientiam, quæ diuinarum humanarumq; rerum est scientia, ne esse quidem oino existiment: Medicinam vero, Rhetor cẽ, Geometriam, Arithmeticen, Musicen, ac reliquas id genus artes esse quidem autumẽt, cæterum finem earum studiose persequẽdum minime censeant. Me vero ex ijs, qui me vnice diligere sunt visi, non nulli sæpe increpant, quòd plus iusto veritatis studio sim addictus, quasi nec mihi ipsi vsui, nec ipsis in tota vita sim futurus, nisi & ab hoc tanto veritatis indagandæ studio desistam, &
D mane salutando circumeam, & vesperi apud potentes cœnem: His enim artibus tum amari, tum amicitias cõciliari, tum vero pro artificibus haberi: nequaq̃ † ex ijs, quæ in propria professione sint consequuti. Nec enim esse, qui de ea iudicent, vbi omnes totum diem diuersis studijs transigant, mane quidem omnes simul salutationibus occupati, post autem distracti, ad forum quidem & lites non exigua turba: ad saltationes autẽ & aurigas alia maior: iam vel aleæ, vel amoribus, vel balneis, vel ebrietati, vel comessationi, vel demum alicui corporis voluptati deditus sanè nõ exiguus numerus: vesperi vero rursum omnes ad sympotia simul collecti: vbi post, quam {vino} se impleuere, non lyra cithara'ue, aut aliud musicum instrumentum in orbem circunfertur, (quod sicut olim in eiusmodi congressu tetigisse, honestum, sic contra, non tetigisse admodum erat turpe) sed nec sermones vlli habentur, quales in sympotijs agitari solere veteres prodiderũt, nec aliud honestum quicquam: immo inuicem sibi propinant, & de magnitudine poculorum certant, vtpote inter quos optimus censetur, non qui plurimis instrumentis musicis, aut etiam sermone philosophico vti nouit, sed qui multos, eosq; maximos calices exiccauit, adeo, vt mihi mane etiamnum ebrij ex his plerique videantur: non nulli vero etiam euidenter adeo vinum olere, quàm si modo hausissent. Eoq; iure fit, vt, cum ægrotare cœperint, medicos aduocent, nõ quidem optimos, vtpote quos per sanitatem noscere nunquam studuerunt, sed eos, quos maxime familiares habent;

† ἐκ τῆς οἰκείας παρασκευῆς

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quiq; ipſis maxime adulantur: qui & frigidam dabunt, ſi hanc popoſcerint, & lauabunt, cum ſuſ- E
ſerint, & niuem vinumq; porrigent: poſtremo quicquid iubebitur, mancipiorum ritu facient, con
tra, q̃ veteres illi medici ab Æſculapio oriundi, qui, tanquam duces militibus, & reges ſubditis, im
perare ægris voluerunt, nequaquam vero Getarum, & Tibiorum, & Phrygum, & Thracũ empti
tiorum ritu parere, atq; obſequi. Itaq; non qui melius artem callet, ſed qui adulari aptius nouit,
apud iſtos magis in pretio eſt: huicq; omnia plana peruiaq; ſunt: huic ædium fores patẽt: hic breui
efficitur diues, plurimumq; poteſt: huic diſcipuli multi à cubiculis, vbi iam fuerint exoleti, tradun
tur. Quod Theſſalus ille intelligens, non ſolum cætera Romæ diuitibus aſſentabatur, ſed etiam
artem ſex mẽſibus traditurum ſe profeſſus quàm plurimos diſcipulos facile comparauit. Si enim
neq; Geometriæ, neq; Aſtronomiæ, neq; Dialectices, neq; Muſices, nec vllius deniq; bonarum di
ſciplinarum indigent, qui medici ſunt futuri, (quemadmodum Theſſalus iſte generoſiſſimus pro
mittebat,) nec etiam longam experientiam, & operum artis vſum deſiderant, cui non promptum
ſit artem aggredi, ceu facile medico futuro? Atq; hinc adeo fit, vt nunc etiam ſutores, & tinctores,
& fabri tum materiarij, tum ferrarij, proprio magiſterio relicto, in medicinæ artis opera inſiliant.
Nam, qui pictoribus & vnguentarijs mixturas ſuas præparant, etiam de primo loco certant. Atq;
ob hæc ipſe medendi methodum ſcribere ſum cunctatus: quam vtiq; & viri veteres inceperunt, F
& poſteri eorum perficere ſunt conati. Atq; olim quidem nõ parua lis erat eorum, qui in Co atq;
Cnido habitabant, vtri videlicet inuentorum multitudine reliquos ſuperarẽt. quippe geminum
hoc genus Aſclepiadarum adhuc in Aſia ſupererat, deficiente nimirum, quod in Rhodo vigue
rat. Certabãt autem cum his honeſtum illud certamen, quod Heſiodus prædicabat, etiam medici,
qui Italiam incolebant, Philiſtion, Empedocles, Pauſanias, & horum ſectatores: erantq; tres hæ
certantium inter ſe nobilium medicorum ſcholæ. Plurimos quidem atq; optimos diſcipulos Coæ
fortuna contulit: ab hoc Cnidiæ. Nec tamen in paruo habenda pretio erat, & quæ in Italiã noſce
batur. At horum nemo nec mane potentium fores ipſos ſalutaturus, nec veſperi cœnaturus fre
quentabat, ſed ſicut Heſiodus cecinit,

» Nanq; alium ditem cernens, cui deeſt, quod agatur,
» Ipſe ſolum vertit tauris, & ſemina ponit.

Ita & illi inter ſe perpetuo certabant, non vtiq; de aranda ſerenda ue terra, (quippe quæ, vt Aſcle
piadarum genere inferiora, ſic Aſcræo poetæ erant non indecora) ſed de Apollinis Æſculapijq;
arte tum exercenda, tum vero ſemper augenda, ac pro viribus perficienda. Nunc vero honeſtum
illud certamen intercidit, aut certe minimum eius inter homines adhuc ſupereſt. Regnat autẽ in- G
honeſtum, nec eſt, qui hoc auertat, aut malo medeatur, vt Heſiodus,

» Lis ne te inducat mala deuitare laborem,
» Dulce malum alterius cui ſit.

Hæc enim lis, vt Heſiodo etiam diuinior poeta cecinit,

» Armatur primum tenuis, mox improba cœlo
» Inſerit alta caput, terris veſtigia figens.

*In Theſſalum ſummæ arrogantiæ, atq; inſcitiæ hominem, qui ſe Hippocratem, à quo Academici, Peri
patetici, ac Stoici ratiocinationes de natura mutuati ſunt, gloriatus eſt ſuperaſſe.* CAP. 2.

HVius litis ſtimulis agitatus ille Theſſalus Hippocratem ac reliquos Aſclepiadas maledictis
inceſſit, ac totius terrarum orbis theatrũ in ſuis ipſius libris conſtituens, inibi iudicatur, vin
citq;, & contra omnem antiquitatem coronatur, ipſeq; à ſe victor declaratur. Hæc facit tum in eo
libro, quẽ de Cõmunitatibus ſcripſit, tum in Syncriticis: quin in reliquis quoq; omnibus cõtume
lioſus eſſe non deſiſtit, veluti in epiſtola, quam ad Neronẽ mittit, his ipſis inter initia verbis vſus:
Cum nouam ſectã condiderim, & quæ ſola vera ſit, propterea, q̃, qui ante me medici fuerunt, oẽs »
nihil vtile prodiderunt vel ad ſanitatem tuendam, vel morbos propulſandos. Pergens autem in H »
epiſtola, Hippocrates, inquit, noxia præcepta tradidit. Auſus eſt & Aphoriſmis eius cum ſummo »
dedecore contradicere. Et, cum oſtendat ſe in Hippocratica diſciplina nec à quoquam inſtitutũ,
nec eius opera ſub præceptore legiſſe, tamen non veretur etiam, talis cum ſit, palmam ſibi ipſi tri
buere. Quo magis aliquæ eſſe meę partes videntur (quanq̃ aliàs parum aſſueti improbos acerbe
taxare) aliquid contra hunc ob veterum contumeliam dicere. Quid improbe, quæ bona ſunt, ca
lumniari tentas, vt multitudini placeas, cum liceret tibi in veritatis contẽplatione excellere, ſi dili
gens eſſes, ac veritatis amator? Quid ita ruditatis auditorum patrocinio abuteris ad veterum blaſ
phemiam? Num paternæ artis ſocios, impudentiſſime Theſſale, iudices medicorum ſtatues? Iſtis
ſcilicet iudicibus vinces proculdubio, ſiue contra Hippocratem, ſiue contra Dioclem, ſiue contra
Praxagoram, ſiue contra reliquos oẽs veteres dixeris. Quin potius viros antiquos, Dialecticos,
ſcientes, qui verum falſumq; diſcernere ſunt periti, qui cõſequens ac repugnans diſtinguere, qui
demonſtrandi methodum à pueris ſunt meditati, hos, inquam, iudices in conſeſſum introducito.
His ſedentibus aude quippiam Hippocratem accuſare. His pronũciaturis aggredere ſceleſta illa
tua barbaraq; voce contra Hippocratem, primum illud diſſerere, Non oportere de hominis natu
ra curioſum eſſe: deinde, ſiquis hoc donet, male illũ de ea inquiſiuiſſe, ac falsò omnia præcepiſſe.

Ergo

A Ergo quis iudex erit? Num Plato? quando huic ſaltem iniurius eſſe minime es auſus. Ego vero
ne diſcipulos quidem eius refugiam, non Speuſippum, non Xenocratem. Ariſtotelis vero, vel
rogem, iudicium ſubeas, & cum eo Theophraſti. Optem vtiq;, & Zenonem, & Chryſippum, &
eorum, qui hos ſectãtur, quemlibet iudicem eligas. Horum nemo, vir audaciſſime, Hippocratis
de natura hominis ſcita damnauit: quæ tu mihi nec legiſſe vnquã videris: nec, ſi legiſti, intellexiſ
ſe: &, ſi intellexiſti, iudicare certe de ijs minime gentium potuiſti, vt qui ſub patre male lanas car
pẽte, in gynæcio ſis altus. Nec enim putes nos, vel egregium genus tuum, vel claram doctrinam,
latere: Nec te Hippocrati & reliquis veteribus in ſurdo theatro maledicere, ſed, qui ſis, & vnde ve
nias, quo genere ortus, qua educatione vſus, qua diſciplina imbutus, prius oſtende: atq; ita demũ
dicito, Illud ipſum prius vir audaciſſime monitus, nõ eſſe cuiuis in vlla bene inſtituta ciuitate cõ
ceſſum, publice dicere: ſed, ſiquis vir clarus eſt, qui genus poſſit, & educationem, tum vero erudi
tionem concionatore dignam oſtendere, huic dicere permittunt leges. Tu, cum nihil horũ oſten
dere habeas, audes tamẽ, homo generoſiſſime, Hippocratẽ accuſare: facisq; in nugacibus libellis
tuis Græcos ſedere iudices: ſers autem ipſe ſententiam, nec illorum expectas. Et palmam tibi ipſi
das modo de omnibus medicis, modo de omnibus in vniuerſum Græcis. Hæc enim inſignis au-
B dacia ſapientiſſimi ſcilicet Theſſali eſt, omnes ſe medicos viciſſe, ſed ſeipſo litigatore, ſeipſo ago
notheta, ſeipſo iudice: poſt hos etiam reliquos Græcos in certamen prouocaſſe, Rhetoras, Geo
metras, Grãmaticos, Aſtronomos, Philoſophos: inter quos conſtitutum, ac lanificis elocutione
vſum, cenſere ſe omnium primum eſſe: quippe medicinam reliquas omnes artes præcellere, ſe
vero medicos omnes ſuperaſſe. quod vnum forte fortuna recte collegit. Si.n. medicina eſt omniũ
artium præſtantiſſima, in ea vero Theſſalus primas partes obtinet, vtique omnium hominum ita
ſit primus, ac Socratem & Lycurgum præcellat, cæterosq; omnes, quos Pythius vel vt viros bo
nos, vel vt ſapientes, vel vt muſarum miniſtros, vel vt Iouis famulos, vel deniq; vt alio quolibet
munere dijs gratos laudabit. Agedũ igit Theſſalo hymnos de cętero omnes cantent, ſcribantq;
victoriæ carmina: & publicum orbis theatrum conſtituatur: acceditoq; aliquis, qui canat eum, q
in textrina ſit altus, viciſſe Demoſthenem, Lyſiam, & reliquos Rhetoras: ſuperaſſe Platonem, So
cratem, & cęteros Philoſophos: palmã eripuiſſe Lycurgo, Soloni, & alijs legiſlatoribus: victorem
deniq; totius hominũ generis coronatũ eſſe, Rhetorũ, Philoſophorũ, Legiſlatorũ. Nã, ſi Geome
tras, etiam & Grãmaticos, ac Muſicos nominatim poſt tantos titulos cõmemorem, contumelio
ſus in homínem videar. Vbi enim Lycurgus, Solon, Plato, Socrates, & Pythagoras dant manus,
C num pulchrum etiam ſit Hipparchi, Archimedis, Ariſtoxeni, Ariſtarchi & aliorum quorundam
id genus meminiſſe, hominum (vt Theſſalus dicat) nullius precij? Sed qs tam magniloquus poe
ta nobis exiſtet, qui hęc canat? Quis nũc dabitur Homerus, qui hexametro tono hãc Theſſali vi
ctoriam celebret? aut quis Lyricus, qui veluti Pindarus alte ĩ dithyrãbis canat, quiq;, ſicut olim
Bacchi, ita nunc Theſſali præconium efferat? An horum potius nullum requirimus, ſed eorum,
qui iambos ſcribunt, Archilochum aliquem, aut Hipponactem, aut ex Tragica ſcena quempiam,
qui ſic hominem compellet?

« Quieſce dum miſerrime in ſtratis tuis,
« Nanq; haud vides, quæ te putas noſſe probe.

Oreſtis mihi ſomnium narras Theſſale. Qualenã id theatrũ eſt, in quo tu vinces Hippocratem?
Qui iudices erunt? Qui'nam præmia proponent? Vis'ne, primum Platonis ſuffragium legamus?
« fortaſſe.n. hunc iudicem non reijcies. Atqui ille hæc ad verbum ait: Animæ igitur naturam apte
« putas intelligi poſſe, nõ cognita totius naturæ? Immo, ſiquidem Hippocrati vni ex Aſclepiadarũ
« genere fides eſt habẽda, ne corporis quidẽ naturam abſq; hac methodo. Recte ais amice: opor
« tet tamen cum Hippocrate ſermonẽ conferẽtes, num cum eo concordet, eſtimemus. Sanè qdem.
« D Igitur de natura conſiderare, quid eſt, quod Hippocrates rectaq; ratio dicit? Num ad hũc modum
« de cuiuſq; rei natura primum illud perpẽdi oportet, ſit'ne, de quo volumus vel ipſi ſcientes eſſe,
« vel alios facere ſcientes poſſe, ſimplex, an varias ſpecies habeat? Mox, ſi ſimplex ſit, facultas eius
« æſtimanda eſt, quam videlicet ad quid agendũ obtineat, aut quam ad patiendũ ab alio ſit ſortitũ.
« Sin plures habeat ſpecies, his enumeratis, quod in vna feceris, id in vnaquaq; exigere oportebit:
« nempe quid illa facere per ſuam naturam ſit apta, vel quid ab alio pati. Audiſtin' vir bone Pla
« tonem ſimili methodo animæ naturam inueniendam eſſe cenſere, qua corporis naturam Hip
« pocrates? An adhuc vis, multas hominis dictiões ex multis librorum eius locis deligam, in qbus
« ille Hippocratem oĩum, qui ante ſe fuerunt, maxime admiratur? An potius, cum id alibi fecerim
« (nẽpe in eo ope, in quo de Hippocratis, & Platonis placitis diſſerui) illuc, qui id ſcire volet, remit
« tam: vbi, vt arbitror, clariſſime oſtẽdimus, in plurimis maximisq; rebus horum hominum inter
« ſe conſenſum: atq; alio me conferens, alium tibi iam aduocẽ in teſtem, cœtum nempe Peripateti
« cum: qui & ipſe Hippocratis phyſiologiæ principia confirmat? Quin de hoc quoq; proditum à
« me in alijs cõmentarijs eſt: quorum vnus de elemẽtis ſecundum Hippocratem inſcribitur: poſt
« hunc alij tres de tẽperamẽtis: mox alij duo, alter de inæquali intemperie, qui etiam ad tractationẽ
« de tẽperamẽtis pertinet: alter de optima corporis cõſtitutione: deinde etiã tres de naturalibus fa
« cultatibus.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cultatibus.hos igitur siquis leget, clare perspiciet rationum Hippocratis de natura Aristotelem E
interpretẽ esse. Quin etiã de morborũ discrimine,quot hi,quiq; sint,ac de symptomatis pari modo,præterea de horum vtrorũq; causis primus omnium,quos nouimus,Hippocrates recte principia dedisse videtur. post eum vero Aristoteles fusissime ea est interpretatus.Hæc ita esse intelliget,qui commentarios nostros,quos de singulis horum scripsimus,legere non grauabitur. Quare,si Peripatetici iudicium exercebunt,Hippocrates(arbitror)vincet: Thessalus,vt impudens, & nequam, ejcietur.Sin Stoicis philosophis in consessum admissis iudicium permittetur,ex ijs placitis,quæ ipsimet statuunt,Hippocrati palmam dabunt:quippe calidum,frigidum,siccum,& humidum primus Hippocrates inuexit:post eum Aristoteles demonstratione asseruit. Eadẽ Chrysippi sectatores parata cum accepissent, minime sunt obluctati,sed omnia ex horũ mistura constare confirmãt,atq; hęc inter se mutuo agere ac pati,artificemq; naturã esse. omnia deniq; alia Hippocratis dogmata de natura recipiunt, nisi q in re tenui est illis cum Aristotele dissenlio. quippe cum recte Hippocrates affirmet totum corpus esse(vt græce dicitur)συμπνουν καὶ συῤῥουν, quali cõ »
spirabile et confluxile dicas,omnesq; animalis particulas mutuo à se affici,recipiunt quidem hoc »
vtriq; dissident tamen in eo,q Aristoteles qualitates tantum in se mutuo transire, omninoq; misceri,Stoici non has modo,sed etiam substantias ipsas existimẽt. Quòd autẽ hoc definire medico F
superuacuum sit,quodq; ad medicinæ opus abunde sit,si tantum concedantur ea, quæ ab vtriq; sunt demõstrata,itẽ q qualitates virtutesq; in mistis totę sint totis permistæ,hęc & ante à me sunt demonstrata,&,si res poscet,nunc demonstrabuntur. Quare & Platonis,& Peripateticorum,& Stoicorum iudicio, Hippocratis physiologiæ victoria dabitur. Immo vero ex eius physiologia oẽs ante dicti sapientiæ professores ostendunt neminem posse morbos cõmode curare, qui corporis vniuersi naturam non perspexerit. Nunquid igitur,si de palma sub horum sapientiæ professorum iudicio certasset Thessallus,vicisset,qui omnis suæ physiologiæ Hippocratem auctorẽ habent? Quid autem,si Geometris, Astronomis,Musicis,aut Rhetoribus iudicium concedet,putemus ne hos Hippocrate prætermisso alij vlli palmam daturos? Ego sanè nec alium quemuis primas esse laturum arbitror,omniumq; minime impudentissimum Thessalum, vt quo nemo Geometriam, Astronomiam, Musicen,ac Rhetoricẽ magis dehonestarit. Itaq; hac saltẽ ratione apud hos in parum amico theatro certauerit. Verum hos fortassis in theatrum minime inducet,vtpote quos ipse prior inimicos reddiderit,sed ijs sapientiæ professorum dũtaxat, qui in Dialectice sunt periti, vt q veræ falsæq; orationis iudicandæ facultatem exercuerint, iudicum partes concedet.
Atqui,si Platonem,Aristotelem,& Chrysippum,ceu parum in hac facultate exercitatos transibimus,quosnam,quæso,alios inueniemus? Quare si nec aliarum artium professores iudices admittet,nec, qui in Dialectice cæteris omnibus sapientiæ professoribus præstiterunt,illi suffragabuntur,qui tandem erunt,qui eum vicisse iudicabunt? Qui illi frequens theatrum constituent? Qui victorem renunciabunt? Qui deniq; coronabũt? Ipse videlicet seipsum. id quod in illis egregijs libris suis fecit,in quibus seipsum iudicauit,coronauit,victoremq; declarauit.

Aduersus Thessalum,qui nulla methodo duos in totum morbos,fluxum.s.& clausum asseuerauit. CAP. 3.

AT fortassis illud sibi gloriæ memoriæq; inter homines occasionẽ fore est arbitratus, si optimis viris lacessitis,nos sibi respõdere cogeret. Verum ita & Zoilus celeber clarusq; sit, qui Homeri statuam flagellauit,& Salmoneus,qui Iouem est imitatus,reliquaq; flagitiosorum hominum non exigua turba,qui vel meliores non sunt reueriti,vel in deos ipsos fuerunt cõtumelioſi. Verum hi non bonam de se opinionem reliquerunt:nec æmulatur quisquã,qui cõpos sit mentis, nec Homeromastiga Zoilum,nec dementẽ Salmoneum,quãuis maledicis Zoilus in admiratione sit,& Salmoneus sacrilegis.Sed quid hos memoro? Cum & qui loculos præcidunt, similia perditorum studia,& proditores proditorum suspiciant: nec est prorsus quispiam,qui proprium cœ H
tum,in quo palmam mereatur,nõ desideret.Adeo si Thessalus inter coquos, tinctores,lanificos, sutores,textores,ac fullones de victoria certans scripsisset, vtiq; & retulisset de Hippocrate victoriam,& nemo nostrum ei repugnasset. Nũc, cum omnes homines iudices facit,ex horum autem numero sunt & Plato, & Aristoteles, & Teophrastus, & Chrysippus,nequaq; omne punctum solus feret,sed alicui fortassis prouocare ad alium iudicem licebit. Quanq;.n. Hippocrates certare cum Thessalo,vtpote indigno se,nolet, at forte Erasistratus non negliget multoq; minus Herophilus,atque his etiam minus Asclepiades,alijq; multi iuniorum medicorum,quibus est ad contentionem natura propensior, minime impune abire contumeliam sinent, qua pariter omnes Græcos Thessalus aspergit,sed producto in medium homine omnes eius libros crassissima ignorantia refertos Græcis ostendent:qui tot ac tantis libris scriptis,& tot nugacissimorum versuum millibus effusis, nusquam in vllo operum suorum demonstrationem vllam afferre tentauit, sed tyranni ritu duos tantum esse in omni victus ratione morbos iubet,nempe fluxum, & clausum, non intelligens se differentiam quandam morborum dixisse, quam vtiq; prisci (vt ostendemus) probe norunt.Cæterum nemo tam rudis fuit,vt differentias morborum ipsos esse morbos putaret:ac remediorum indicationem ab ijs sumeret substantia ipsa prætermissa. Atqui hic Thessali paruus

A paruus scilicet error,quem vel puer i liberalibus disciplinis altus statim aduertisset. hic, inquam, paruus error eò insolentiæ hominem euexit,vt magnum & præclarum aliquid inuenisse se putaret:perinde ac siquis,cum omne animal rationale esse,aut irrationale dixerit,non animalium differentias,sed aliud quippiã dixisse se putet,cum.s.huic illud quoq; similiter sit dictum, Omne animal mortale est,vel immortale. Quippe oppositio,quę in singulis differentijs notatur,coniuncta de omnibus speciebus dicitur.Omne enim animal,aut mansuetũ est,aut ferũ.Omne animal, aut pedatum est,aut apes.Omne animal,aut cornutum est,aut cornuũ expers.Nec est inter differentias inuenire oppositionem vllam,quæ sit altera præstãtior,aut potior,nec quę magis omnibus in sit particularibus.Verum non conuenit,cum de animaliũ numero quæritur, vnam differentiarũ
« oppositionem respondere.Hoc enim pacto duo erunt animalia vniuersa, nec vllum magis rationale,vel irrationale, q̃ mortale,vel immortale,aut ferum,vel mansuetum,aut reliquarum oppositionum quælibet. Quòd siquis differentijs omissis(sicut planè ratio exigit)equum,bouẽ,canẽ,hominem,aquilam,apim,formicam,leonem,& ouem respondeat, reliquaq; omnia per species animalia connumeret,constat hunc quærenti,quot sint in totum animalia,recte respondisse.Quin,si
multa quidem sermone animalia memoret,testetur aũt enumerare se omnia non posse, sic quoq;
B commodissime responderit.Similis agitata quęstio de morborum numero,& omnibus antiquis medicis est,alijs septem eos in totum esse affirmantibus:alijs plures his pauciores've dicentibus: omnibus tamen ad species,quę in substantia,non quę in differentia essent,respectum habẽtibus. Nemo enim ita erat indoctus,aut Logicę speculationis rudis,vt differentiam specierum pro substantia loquendo vsurparet:quemadmodum Thessalus iste,qui è gynæcio exiliẽs, tantis viris maledicit,ipse nec genus habens, quod referat,nec educationem, nec eruditionem,qualem illorum quisq;:quorum alius Aristotelis,alius Platonis,alius Theophrasti,aut deniq; alterius cuiusquam eorũ,qui in Logica cõtemplatione fuere exercitati,familiaris fuit. Veluti igitur rogatus quispiã, quot sint in vniuersum vocis elemẽta,si duo ea esse responderit,quippe aut vocalem omnino,aut consonantem esse,quicquid vocis sit elementum,is verum quidem dixerit,cæterum ad quæstionẽ non responderit: Ad eũdem modũ, arbitror, siquis omniũ morborũ numerum comprehende
re studens,speciem quidem vllam morborum,veluti phlegmonen, scirrhum, vel œdema,referre non curet,solas autem differentias memoret,siue clausum & fluidum,siue rarum & densum,siue durum & molle,siue tensum & laxum,verum hic quoq; dixerit,minime tñ ad quæstionem respõderit.Primum nanq; in eo error est,q nõ omnis differentia generi addita,ad speciei constitutionẽ
C aliquid cõducit,sed quę ex generis propria diuisione nascitur.quippe hæ demum differẽtię sunt, quæ species constituant:reliquæ oẽs,alienæ.Etenim animalis proprię differentię sunt,mortale et immortale,rationale & irrationale,mãsuetum & ferum,aliaq; id genus.Molle vero ac durũ, graue & leue,rarum & densum,magnũ & paruũ,animalis differentiæ non sunt,sed substantię.Itaq;, etiã si cum animali,vel molle vel durũ,vel densum vel rarum,vel magnum vel paruum cõponas, ad speciem constituendam nihil sanè plus contulerint.sin vel rationale & immortale,vel rationale et mortale animali adieceris,efficitur iam illic deus,hic homo.Ita vero,et si rõnali animali duas illas differẽtias peculiares addideris,quæ sunt gressile & bipes,sic quoq; speciem quampiam effeceris,nẽpe hominem.Vnde fieri non potest,vt vllius rei specificas differentias inueniat, qui eam definitione,siue substãtiæ ipsius oratione ad vnguem non circũscripserit.Alius deinde error incidere solet ijs,quibus parum exercitata ratio est,q cum vnam aliquã differentiarum oppositionẽ inuenerint,speciem aliquã propositi generis se putẽt inuenisse:ceu paulo ante de vocis elemẽtis est dictum.Siquidem,qui vocalem & consonantem dixit,nondũ omnia humanę vocis elementa dixit,sed duas tantum primas & generales differentias.Quòd si vocales rursus in longas,breues, ancipites q; diducens:tum consonantes in semiuocales,& mutas:itemq; tum longas, tum breues
D vocales bifariam,ancipites vero trifariam:sed & mutas primum in aspiratas,tenues,ac medias:de in rursus tripartito harum singulas:mox semiuocales propria (ne frustra multis morer) sectione secet,ita quatuor vigínti & elementa vocis,qua Græci vtuntur,inueniat:quippe id tñ dixisse, q elementorũ vocis quædam vocales sint,quædam consonantes,nondum omnium elementorum artificem,aut planè scientem auditorem reddidit, sed, siquis, vbi in longas, breues,& ancipites diduxerit,adiiciat duas esse breues,nẽpe ε,& ο, duas præterea longas η,& ω, tres vero ancipites α,ι,υ, sic sanè artificem auditorem de omnibus vocabulis effecerit.itemq; de cõsonis ad eũdem modũ. Itidem,siquis tradere de morborum numero instituat,quot hi in vniuersum sint,non debet,arbitror,is in prima statim differẽtia subsistere,sed diuisa ea procedere,donec ad aliquam infirmarum specierum,& quæ amplius in aliam distrahi non possit,peruenìat.Id vero,cẽ haud cuiq; sit promptum,sed ei duntaxat,qui in diuidendi methodo magnopere sit exrcitatus, intelligere quisq; poterit,primum si omnia legerit,quæ de eo genere methodi in principio Philebi à Platone sunt prodita,deín si Sophistam etiam & Politicum legerit. Iam vero difficilior adhuc res videbitur,siquis primum Aristotelis librum de partibus animalium legerit.Conatur enim in eo libro omnes animalium differentias enumerare.at, vbi multas dubitationes mouit,vix tãdem suspecte ac timide pronũciare quippiam audet. Et, cum Aristoteles & Plato tantam tamq; difficilem rem esse cen-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

fuerint genera in proprias differentias exacte diuidere, ac post hos Theophrastus, & alij philo- E
sophi rationem absoluere tentauerint, vtpote ne apud illos quidem satis adhuc constantẽ, homo
audacissimus Thessalus absolute, citraq; vllam rationem adhibitam pronuncians, credendũ sibi
censet duos in totum esse in victus ratione morbos, & eos quidem simplices, ac primos, & veluti
elemẽtares: nam tertium ab his ratione gignit, ex ambobus compositum. At si vlla methodo hæc,
sicut iactas, inuestigasti, cur hanc nobis non dixisti? Sed contra planè, q̃ pro grauitate nominis,
quod tibi arrogas homo temerarie, atq; à methodo alienissime, rem pronunciasti. qui ne princi-
pium quidẽ ipsum vnq̃ attigeris, à quo cœpisse necesse sit eum, qui recte cuiuslibet rei species, &
differentias peculiares sit inuenturus. De re enim qualibet, ò puer, vnum principium optimum, »
nosse id oportet, de quo proposita quæstio est, aut prorsus est aberrandum, Plato quodam loco »
ait, non ad diuidendum modo quiduis, ab ipsa quæsitæ rei essentia nobis esse inchoandum cen-
sens, sed etiam in omni disquirenda re eiusmodi semper principio vtendum. Ergo hic quoq; (ar-
bitror) par erat, vbi, quid morbus sit, quid symptoma, & quid passio, diligenter prius dixisses, ac
deín qua conueniant, differãntq; ipsorum singula, definiuisses, sic demum tentare in proprias ea
differentias diducere, secundum eam, quam sapientiæ professores tradiderunt, methodum: aut, F
siquam potiorẽ ea, quæ ab ijs prodita est, explorasses, hanc ipsam prius astruere: tum illud osten-
dere, ac Græcos docere, hunc, qui in textrina sit altus, superasse Aristotelem, & Platonem in me-
thodis logicis, humo afflixisse Theophrastum, & Stoicos in Dialectice, clarissime ostendisse oẽs
eorum sectatores, ne primos quidem morbos, qui essent, vnq̃ nouisse: dico & Herophilum illum
Dialecticum, & cõdiscipulum eius Philotimum, & præceptorem eius Praxagoram, qui ab Æscu-
lapio originem traxit, &, qui cum his & ante hos fuerunt, Erasistratum, Dioclem, Mnesitheum,
Dieuchen, Philistionem, Plistonicum, ipsum denicq; Hippocratem. Porrò simplici verbo dicere
oẽs in victu morbos esse duos, non methodo, non demonstratione, non ratione vlla probabili,
non lenimento aliquo, non alia re prorsus {orationi} adhibita, præterq̃ eiusmodi in veteres bla-
sphemia, id facere imperantis hominis est, non docẽtis. Esto vero taceas, qua Logica methodo in-
sistens, hęc inueneris: at certe, vnde saltem de veritate sermonis iudicasti, adhibitum aliquid opor
tuit. Nam inueniendi eius, quod quæritur, Logicæ methodi facultatem præstant: At, quæ fidem
ijs faciant, quæ recte sunt inuenta, duo sunt apud oẽs homines instrumenta, nempe ratio, & expe
rientia. Quippe ad eum, qui interrogauerit, Cur huic febricitanti frigidæ bibendæ potestatem fe-
ceris, duplex responsio est: Altera, quæ ortum naturamq; febris docet, ac de morborum tempori-
bus disserit, tum ad eundem modum aquę frigidę naturã explanat, vbi hęc proposuit, conatur do G
cere in hoc morbo, atq; hoc tempore aquam frigidam cõgruũ remediũ esse: Altera de nullius ho-
rum natura sollicita, ad experientiam cõfugit. nempe q̃ in tali morbo atq; tempore sæpe frigidam
profecisse vidit. Debebat igitur (opinor) & Thessalus vel experimentum, vel rõnem assertiõi suæ
probationem adhibuisse, nõ, sicuti tyrannus, imperare, ac sibi citra demonstrationem credendũ
exigere. At quam (inquiunt) audire demonstrationem postulas? Ita enim contra nos interrogant
eius sectatores: neq; id iniuria, vt qui nec eò vnq̃ peruenerint, vt notionem demonstrationis tene
rent, cum nec Geometriam, nec Arithmeticẽ, nec Dialecticen, nec Resolutoriam, nec denicq; Lo-
gicam vllam speculationem attigerint. Quocirca respondendum his ita est: Nimis serò, quid de-
monstratio sit, discere postulatis: nec fieri potest, vt breui tempore speculationem, quæ subtilitatẽ
mentis desiderat, assequamini: præsertim qui nec subtiles rationes audire sitis assueti, & peruersi
in diuturno errore versati. Sed istos mittamus, vt qui ne intelligere quidem, quæ veræ disciplinæ
sint, valeant, nedum ipsas discere, aut recte iudicare.

Quæ sit vera methodus inueniendæ in vnaquaq; facultate veritatis, & quàm ab ea Thessalij, & pleriq; veterum medicorum aberrarint. CAP. 4.

NOs vero vnà cum ijs, qui exercitati sunt, & demonstrationem intelligunt, & natura sunt sa- H
gaces, (neq;.n. Thessalios asinos docere profitemur) ad id, quod propositum nobis ab initio
est, accingamur: ac statim vnà cum ipsa medẽdi methodo tradẽda, etiã causas ipsas, vnde errarint
medicorum plurimi, qui tradere eam sunt conati, exponamus. quippe ad firmiorẽ veritatis fidem
id quoq; non parum conducere videtur. Ac primum quidẽ illud cauebimus, ne simul de ambo-
bus tum methodo, quæ ratione nititur, tum experientia, quæ ratione non vtitur, agamus. Non.n.
de omni remediorũ inuentione nũc loqui statuimus, sed tm̃ de ea, quæ hæc methodo explorat: ita
vticq;, vt de Empirice ipsa & à nobis in alio ope est proditum, & ab ipsis Empiricis medicis, quos
vocant, plurimũ elaboratum. Atq; vtinam Rationales oẽs medici propositum ita premerent, nec
experientiam & rationem miscerent, atque in vnum confunderent, sed quam vtraq; vim habeat,
quantumq; ad propositum artis finem conducat, seorsum tractarent, atque perpenderent. Ergo
methodo quippiam inquirere inuenireq;, ex aduerso opponitur ei, quod est fortuito, temereq;
reperire. Est autem id cum via quadam, & ordine ita, vt in disquisitione aliquid primum sit, ali
quid secundum, & tertium, & quartum, atque ita de reliquis omnibus deinceps, quoad demum
ad ipsum, quod ab initio est propositum, sit peruentum. Ac Empirici quidem rationabiliter fa-
tentur nec inueniendi, nec docendi apud ipsos esse necessarium ordinem. nam nec arte vlla ra-

tione've

A tione've experientiam niti: immo vnius fortunæ fauorem ad ea, quæ quærit, inuenienda require
re. Qui vero rationem, inuentionis suæ auctorem statuerunt, ac ordinem, vnamq; viam, quæ ad
finem ducat, proposuerunt, ijs fuerat quidem necessarium à primo aliquo auspicatis, de quo inter
omnes homines cõueniret, sic trãsire ad reliqua. Cæterum hanc rationem non sequitur pleraq;
medicorum pars. immo principia quoq; ipsa controuersa sumit, nec illa demonstratione confir-
mat, tum ad reliqua simili modo transit, legislatorum ritu sanciens verius, quàm demonstrans.
Quæ omnia inde adeo his accidũt, quòd nihil prius de demõstratione sunt meditati: sed simul &
inquisitis insistũt, & ad eorum fidem demonstratione vti audẽt, simile profecto quiddam ijs mo-
lientes, qui sphæram, aut cubum, aut conum, aut cylindrum, aliud've id genus metiri aggrediun-
tur, cum tñ omnis Geometricæ ac Logisticæ rationis sint ignari, immo vero nec cubiti palmi've,
aut pedis mẽsuram præparatam habeant: ac deinde ijs, qui vel demonstrationem ab ipsis exigũt,
vel tacere cẽsent, irascuntur. Veluti enim in illo ridiculus erit is, qui rectãguli trigoni, cuius alte-
rum (exempli causa) latus circa rectum angulum quinque sit pedum, alterum duodecim, dicat
aream non esse triginta pedum, sed quadraginta, nec eius rei demonstrationem vllam afferat, ita
hic quoq; ridiculus est, qui quicquam affirmat, quod demonstrare nõ possit. Ergo, sicuti in demõ
B stratione de triangulo (neq; enim recedendum nobis ab exemplo est), qui indoctos istos methodi
cos à disputatione nostra iam abegimus) ipsum, quod propositum est, ex duabus his propositio-
nibus colligebatur, vna, quę spatium id, quod lateribus pedum quinq; & pedum duodecim con-
tinetur, sexaginta pedum effici dicit: altera, quæ triangulũ dimidium eius esse spatij proponit, atq;
ostẽdit: harum vtraq; rursus vt demõstrationis fidem reciperet, aliis propositiõibus egebat: mox
illæ aliis, quoad peruentum ad primas esset: hæ vero nec ex aliis, nec per demonstrationem, sed
ex se fidẽ faciũt, sic arbitror & in ijs oĩbus, q̃ in medicina demõstrãtur, ad primas & indemonstra-
biles propositiones, & quæ ex se fidem faciant, omnia esse perducenda. Ac, si omnes de meden-
di methodo sic dicere aliquid instituissent, prorsus, sicuti inter Arithmeticos, Geometras, & Lo-
gisticos, ita inter ipsos quoq; cõuenisset: quippe apud quos discere ab ipso statim initio licet, quid
quoq; nomine, quo vsuri sunt, significetur: quas præterea propositiones indemonstrabiles (quæ
axiomata vocãt) ad disceptationem sint sumpturi: veluti lineam esse longitudinem citra latitudi-
nem: superficiem, quæ longitudinem latitudinemq; tantum habeat: & triangulum esse hoc, qua-
drangulum illud: ac reliqua ad eũdem modum. Ab ijs, vbi axiomata eiusmodi vsurpanda sibi es-
se prædixerint, quòd scilicet, quæ eidem sunt æqualia, inter se etiam esse æqualia: &, si æqualibus
C æqualia sint adiecta, tota fore æqualia, postea demonstrare theoremata iam tentant, nihil extra
ea, quæ à principio præsumpserunt, adijcientes. Plerique tamẽ medicorum, sicut ipse scis Hiero
chariſſime, interrogati, vndenam principium inuentionis suæ sumpserint, tantum abest, vt in-
demonstrabilia principia, & quæ omnibus hominibus in confesso sint, proferant, vt nec, quò si-
bi ipsis consona respondeant, inueniãt: sed sursum ac deorsum Eurípi more agantur, cõtraria qs-
que in progressu sermonis ijs, quæ ab initio statuerunt, afferentes. Siquidem sapientissimus ille
Thessalus, cum apparentes esse communitates dixisset, paulopost non solum non alium quen-
quam priorum medicorum vidisse eas asseuerat, sed nec ipsum, qui primus eas peperit, Themi-
sonem. Huius nãq; vnius esse monstrosas illas communitates fatetur, ceu patris legítimos filios.
Post hos vero, qui secuti sunt omnes, & inter se, & ab ipso Thessalo dissentiunt, nec easdem com-
munitates tradẽtes, nec omnino inter se vel in vno cõcordantes. Id quod sæpenumero tibi, ipsis
etiam Methodicis præsentibus, ostẽdi: fortasseq; aliquãdo maius ocium nactus, de incõnstãtia eo
* διαφωνίας. rum scribam. At nũc tãtum saltem ad rem propositam sumi expedit, oportuisse eos, præsertim se-
ctę auctores, exposuisse prius, de qua re singula nomina dici vellẽt, sicut Empirici faciũt, qui ap-
parere ea dicunt, quę sub sensum cadũt: nosci vero, quę memoria tenentur: apparere simul & no-
D sci, quę & ante aliquando sub sensum venerunt, & nunc simili modo veniunt. Num igitur ita ipsi
quoq; apparere communitates dicunt, ceu sensu cognitas? An, & quæ ratione comprehendimus,
apparentia nominant? Empirici nanque non admodum cõcedunt quicquam ex ijs, quæ sola ra
tione nosci videntur, apparens dici. Rursus veteres philosophi duplex esse genus apparentium
decernunt, Vnum, quod ipsi Empirici comprobãt, nempe eorum, quæ sensu aliquo noscuntur,
veluti albi, nigri, duri, mollis, calidi, frigidi, & similium: Alterum indemonstrabile, eorum nimi-
rum, quæ intelligentiæ primo occursu patent: veluti, quæ eidem sunt æqualia, ea etiam inter se es-
se æqualia: &, si æqualibus æqualia addãtur, tota etiam æqualia fieri: &, si ab æqualibus æqualia de
mas, quę restant, etiam æqualia fore. Huius esse generis aiunt, & q̃ nihil citra causam fiat, & quòd
omnia ex ente quopiam, & q̃ ex eo, quod omnino nõ sit, nihil fiat: simili modo, nihil corrumpi in
id, quod ante nõ sit: item, quod affirmare, vel negare de quoq; sit necesse: aliaq; id genus non pau-
ca, de quibus in logicis tractatibus agitur, & ipse in cõmentarijs de demonstratione, quàm potui,
dixi clarissime. De his inter eiusmodi principia, cuiusmodi logica nuncupamus, quidam Philoso-
phorum contendunt, atq; ambigunt. hi tamẽ hactenus saltem sunt modesti, q̃ omni demonstra-
tioni fidem suam abrogant, intelligentes (arbitror) tametsi id non dicãt, illud saltem se certo scire
nihil omnino demõstrari posse, si logicis principijs fides nõ sit adhibita. At, q̃ eousq; rudes amen-

tesq;

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

tesq; sunt, vt ne id quidem intelligere queant, hi demonstrare quidem conantur, cæterum quæ, E
qualia' ve-{& quot}-demonstrationis principia sint, nec noscere, nec quærere volũt, nec alium docentem audire sustinent: sed absolute pronunciant, & verba loquuntur, quæ nec quid significent, ipsi clare explicare valeant. Merito igitur eorum æmulis centum voluminum opera scribuntur, partim inuestigantibus, de quo quodq; dici nomẽ Thessalus voluerit, partim nihil tale inuenientibus, cui omnia ab eo particulatim dicta consentiant. Nam, quæ demum apparentes illæ cõmuni tates sint, aut quo modo apparentes, dicere non possunt, ne si iterum atque iterum totidem libros scripserint. quippe quod apparet, aut sub sensum omnino cadat, oportet, aut sub intelligentiam, vno semel occursu vtrunq; sine vlla demonstrationis ope. quod vero intellectui se vno occursu non exhibet, protinus id controuersum est, ac demonstratione eget, nec artem vllam à tali principio incepisse conuenit. Hæc si in logicis methodis exercuissent, & ipsi ea intelligerẽt, & tẽpus nostrum frustra non contererent. Nunc, quoniã inexercitati rudesq;, per amentiam audent demonstratione vti prius, quàm, quid ea sit, didicerint, necesse est cum similibus sui, omnes aberrẽt, prorsusq; nugentur: ac eos, qui recte demonstrant, minime intelligant, sed tempus inaniter consumãt. Ergo cum his nequa quam, vt cum rationalibus animalibus, vel disputãdum amplius est, vel ijsdem impense contradicendum prius, quàm didicisse, quẽnam res demonstratio sit, velint: & quatenus exercitatum esse oportet, qui ea probe sit vsurus. F

De descriptione nominis morbi, ac de methodo nominum recte imponendorum. CAP. 5.

TEcum vero omnem deinceps sermonem conferam, ipsis vsus methodis, quas in commentarijs de demonstratione tradidi. Quippe non solum principia omnis demonstrationis esse ea, quæ tum sensui, tum intelligentiæ manifeste se exhibent, sed etiam in omni re quærenda nomẽ ipsum assumi in disputationem oportere, in illis docuimus. Nunc neutrum præcipere statui, nec quemadmodum inuenire, nec quemadmodum demõstrare conueniat: sed ijs, qui iam didicerũt, & exercitati sunt, simul aliquem laboris opportunum fructum reddere, inuenta nimirum nõ tenui re, quam nũc instituimus: simul, siqui sunt, quibus artium maxima cordi est, quę circa animũ hominis versatur, ipsos quoq; in minoribus prius exercitare conuenit. Quippe id tenaciter seruare in omni methodo oportet, vt in ea te multis sæpe leuioribus problematis prius exerceas, q̃ maioribus manum admoueas. Hoc igitur nobis veræ disciplinæ principium esto. quod vtiq; statim inter initia facturi fueramus, tum artem ipsi inquirentes, tum alijs præeuntes, qui adhuc peruersi non essent. Quoniam omnis morbi curationem inuenire propositum est, necesse est morborum numerum prius sciri. At, qm̃ fieri nequit, vt aut differentias generis vllius, aut species inue G
nias, ipso, quod diuiditur, non planè explorato, oportet profecto nũc etiam, quid morbus sit, narremus, quo sic diuisionem eius rite adeamus. Qua igitur ratione id methodo inueniamus? Quanam alia, nisi ea, quam in libris de demonstratione præcepimus? Nempe vt de notione ipsa prius cõueniat, cum sine hac, propositæ rei substantiam inuenire non liceat. Ipsam vero notionem, quæ omnibus in confesso sit, fumendam diximus, vt quæ aliàs principium iure non dicatur. Quæ igitur est de ægrotando omnibus hominibus cõfessa notio, Et de qua maxime subiecta re verbum hoc ægrotare enunciant? Nunquid, vbi citra offensam omnium corporis partiũ actiones obeunt, & valere se tunc dicunt, & minime medicis egere putãt: vbi vero naturalium corporis actionum sensérint quãpiam vel male geri, vel prorsus nõ geri, & ægrotare se illa parte corporis existimant, cuius actionem læsam vident, & medicum de remedio consulũt? Ego sanè omnes homines ita video tum morbi, tum sanitatis nomẽ vsurpare. Quinetiam eam, quam dixi, notionem omnes obseruant, non in his modo nominibus, sed etiam nihilo minus in omnibus, quæ cum his coniugata sunt, tum nominibus, tum verbis. Quippe cũ & valere illum existimẽt, cui nullius partis actio sit vitiata: & ægrotare, cui sit vitiata: & valentem eum nominent, cuius omnes corporis partes actiones suas secundum naturam edant: & ęgrotantem, cui male affecta pars aliqua sit. Nec quis- H
quam omnino Græcorum aut alijs nominibus vtitur, aut de alia re enũciat iam dictorum nominum quoduis. id quod diffuse in medicinalium nominum interpretatione ostendimus. Atque hoc saltem mihi per omnem disceptationem memoria teneri maxime velim, nominum quidem interpretationem ex Græcorum me consuetudine facturum (sicut in commentarijs de demonstratione dixi) ipsius autem rerum essentiæ tum inuentionem, tum inquisitionem, tum demonstrationem, nõ ex ijs, quæ multitudini videtur, immo ex sumptionibus scientificis, quæ lemmata græce vocant, de quorum inueniẽdi ratione in illis est proditum. Ergo accepto eo, quod omnes confitentur, principio, nempe illud in medendi methodo propositum esse, vt ægrota corpora in sanitatem vindices. id vero est, vt naturales partium actiones, siquæ vitiatæ sint, corrigas. Iã, quod deinceps est, inquiramus, quot numero in totum res sint, quæ loco inter se sibi sunt propinquæ: necubi aliqua procedente sermone, vel pro morbis accipiamus, cum sint his similia: vel vt sanitatẽ, cũ ad huius naturam propè accedãt. Proponamus aũt clarítatis causa particulas aliquas, in quibus cõfirmetur, quod dicimus, ac primum quidem ante cęteras oculum. De hoc igitur omnibus hominibus nõ medicis modo, sed etiam alijs quibuslibet conuenit, eius opus esse, vt videat. Seu vero opus, seu actionẽ inter loquendum dicam, in præsentia saltem non refert. Ad eundem modum,

A dum, nec, si quis aspicere, oculorum eẽ opus dixerit: nec, siquis aspectum, aut visum, aut visionẽ, aut quomodocunq; aliter nominet, quicquam refert. quando etiam, siquis solœcismum committens nominet, ad rei ipsius scientiam nihil id afferat incommodi, modo, de qua re nomen pronũciet, clare explicet. In hoc enim præcipua doctrinæ vis est. Nominetur igitur oculus pars corporis. neq; hic referat, partem'ne, an particulam quis dixerit. Quicquid enim totum complet, atq; integrat, id totius videlicet corporis, quod complet, particula, siue pars nominatur. Est enim pars ex ijs, quę ad aliquid dicuntur. quippe pars totius, integriq; pars dicitur: eque profecto, vt totum & integrum per relationem ad partes & particulas proprias nominatur. Estq; sicuti dextrum ad sinistrum, & sinistrum ad dextrum, ita & totum ad partem, & pars se habens ad totum. Ergo, siquis hac seruata notione 'malit partem dicere, quàm particulam, aut siquis contra, particulam potius, q̃ partem, is mihi ad rerum inuentionem impedimento non sit, cæterum imperitum se linguæ lãtinæ prodit. Quemadmodum certe, siquis integrum à toto secernat, is quoq; linguæ lãtinę est ignarus. Dictum vero alibi (vt scis) diffuse de nominum vsu est. Ac nunc, quãtum satis ad rem sit propositam, adijciam, illud duntaxat indicans, non oportere nominibus seduci, nec, qui in ijs dissentiunt, hos statim in rebus quoq; ipsis dissentire putare. In quo genere omnes (vt vno verbo B dicam) non medicos modo nostræ tempestatis, sed etiam philosophorum plerosq; parum exercitatos vides: vt quorum paucissimi nominum diuersitatem à rerũ diuersitate distinguere norint. Verum huius quoq; rei methodum in Logicis speculatiõibus tradidimus. cuius opportunitas, si quando aliàs, vtiq; nunc quoq; ad vsum venit. Quænam igitur fuit ea methodus: Nempe vt à rerum incipias differentia, non autem nominum. tum ostẽdas quatuor, exempli gratia, esse res, quæ in vicino sunt positę. post deinde, vt demonstratione cõfirmes neq; plura esse, neq; pauciora, quę in proposita disceptatione contineantur. postremo vt accommodato rerum cuique suo nomine sic reliquum sermonem absoluas, nec mutans dehinc, nec transferẽs nomẽ vllum, sed, cui rei ipse ab initio imposueris, de eadem perpetuo vsurpans. Quippe ita & dilucida doctrina efficitur, atq; à cauillationibus, quas homonymia parit, libera: et, quod frustra est additum, facile deprehẽditur, &, quod deficit, cito inuenitur: &, quæ consonant dissonantq;, maxime in eiusmodi explicationibus, exacte discernuntur.

* Legitur vtrobiq; græcæ.

* Διαφωνίαν.

Quidnam actio & passio exemplo visus, & oculi: quid latio, & alteratio, pars, & instrumentum. CAP. 6.

C ERgo illud repetamus denuo. Visus, oculorum actio est: locutio, linguæ: incessus, crurũ. Ipsa rursus actio, motus est actiuus. Iã horũ ipsorũ motus, prioris habitus est immutatio: Actiuus, qui à se editi: Passiuus, q ab alio quopiã extrinsecus posito excitat. veluti volatio, actio est alialis volatilis: & incessus, animalis gressilis. quod aũt ab alio sic agitur, vt locũ mutet, id vtiq; nõ agit, sed patitur. Egit nãq;, qui ex Piræo Suniũ cõmeauit: quippe motus actiue est, id est ex seipso, & propria natura. contra, passus est, qui ex Pirẽo Sunium nauigauit, vtpote qui naui vectus est. At, qm̃ motum prioris esse habitus mutationem diximus, ea vero immutatio dupliciter fit, nempe aut in qualitate, aut loco, vtiq; mutatio, quæ in loco agitur, latio dicitur: quæ in qualitate, alteratio. ita videlicet vt latio sit imutatio, vel demutatio, vel mutatio prioris loci (de industria enim multis sum usus noibus, maxime. ſ. inſinuare studens, q̃ licet vnius rei multas definitiones efficere, quę vocibus tm̃, non ẽt notionibus differant) alteratio vero, vel mutatio in qualitate, vel demutatio eius, q̃ prius fuit, qualitatis, vel immutatio in qualitate, vel trãsmutatio qualitatis, vel quomodocũq; aliter auditori, quod dicitur, clarum fore sperabis. quippe huc tibi varietas interpretationis sit vtilis. Ergo visio (nã redeũdũ ad oculũ est) actio partis est: oculus vero ipse animalis est particula. nã particulam, an partem dicas (vt prædiximus) nihil refert. Instrumẽtũ vero appello animalis partẽ, quę perfectã edere actionẽ possit: veluti oculus visionẽ, & lingua loquelã, & crura itionẽ. Ad eũ- D dẽ modũ & arteria, & vena, & neruus, tum instrã, tum partes animalis sunt. Pro hoc nãq; nominũ vsu non à nobis modo, sed etiam veteribus definito, oculus quidem et pars animalis, & particula, & instrumentum vocabitur: cornea vero tunica, particula qdem, & pars, non aũt instrumentum. Simili modo & quæ rhagoeides, & quæ arachnoeides, & quæ amphiblestroeides græce dicuntur. quippe quarum singulæ primũ quidẽ ac maxime oculi particulæ sunt. &, quia is ẽt faciei pars est, ititidem & illæ faciei sunt partes, sed secũda quadam ratione. ita vero & totius corporis partes sunt propterea, q̃ facies ipsa totius corporis est particula. Homœomeres vero, id est similaris pars, est, sicut ipsum clare indicat nomẽ, quæ vndiq; in similes diuiditur particulas: veluti in oculo vitreus humor, & crystallinus, & tunicarum, ppria cuiusq; substãtia. Porrò hæc latius idicata sunt in dissectionũ cõmentarijs. Hic vero ea tm̃ dixisse sat est, quorum ad id, quod instat, meminisse est opus. Est autẽ opus ostendere in singulis particulis plura inesse, quę inter se dissideant, nec tñ à medicis sint percepta. hoc autem vtile esse prædiximus ad nomina nobis recte vtenda, vtiq; cuius causa nunc id tractandum suscepimus. Indicabitur autem & ad ipsam nobis propositam methodũ maxime necessarium. Est enim instrumentum oculus, actio vero visio: vna ex particulis eius similaris, ac primum visionis instrumentum, crystallinus humor: sicuti in libris, vbi de ijs egimus, monstratum est. id nanq; est, quod alterari debet ab aliquo extrinsecus occurentium colorum, vt animal

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

mal videat. alterari vero non potuit, nisi purum omnino perspicuumq; esset. At purum ita perlu- E
cidumq; esse nō posset sine eo, quod nunc obtinet, temperamento. Quippe ostensum est vnam-
quāq; rerum talē esse, qualis est pp calidi, frigidi, humidi, & sicci temperamentum. Ideoq;, siquid
horū magnopere immutatū sit, aut planè nō videbit, aut male videbit animal. Verum hoc nobis
parum adhuc constat, modo artem quærere orsis. nec oportet aliquid ex ijs, quæ post sunt inquirēda, velut scitum præsumere. nec ipse huius gratia, eorū, quę de crystallino alibi demōstraui, mē-
tionem feci, sed claritatis causa eorum, quæ nunc sunt dicenda. Vidētes. n. oculum probe munus
suum obire, ac rursus nequaquā videre, atq; illud sanitatem eius, hoc morbū, vel vitium, vel, quic
qd libet, vocātes, (nihil. n. ad rē, ppositā refert) quærimus deinceps, quę demū sit eius noxę causa.

Aduersus Thessalum, Iulianum, Olympicum & reliquos methodicos, de sanitatis ac morbi definitione. CAP. 7.

VNde, inquies, ad hoc moti? Certe ex indemonstrabili axiomate, de quo tū inter oēs conue-
nit propterea, q; intelligentiæ euidens est. Quod ergo est id axioma? Nihil absq; causa fieri.
quippe hoc non concesso, non datur aut lęsæ vilionis, aut prorsus amissæ causam requirere. Sed,
qm id ex ijs est, quæ intelligentiæ sunt manifesta, præsumentes iam aliquam subesse læsionis cau-
sam, ad eius inquisitionē venimus. Ergo hāc causam seu affectū aliquem corporis, seu corpus cer- F
to modo affectum appellare velis, nihil sanè ad rē propositam interest. Illud omnino fateberis, aut
morbum ipsum hanc esse: aut, si quidē morbus est ipsa actionis læsio, affectū, qui huic officit, mor
bi causam esse. Existitq; hoc loco rursus de nomine controuersia, ipsum'ne oculorū affectū, à quo
visus lędit̄r, morbū vocemus, an ipsum actionis vitium. Verum, siue quis actionem vitiatā mor
bum dici velit, vticq; multo prius statuat, necesse est, sanitatē esse naturaliter se habentē actionem:
siue affectum, qui actioni incommodat, multo quoq; ante, qui fm naturam est, siue hunc affectū,
siue constitutionem dici velit, sanitatis vocabulo appellet. Quippe cōmittere, vt, cum in actioni-
bus posueris sanitatē, in affectibus existimes statuendū morbū: aut cōtra, cū in partiū cōstitutione
sanitatē, in actionis vitio morbū, tū reliqs methodicis, tum vero principe huius insanię Thessalo
digna sententia est. Etenim oēs ferè, qui sunt indocti huius insaniq; dogmatis sectatores, sanitatē
esse naturaliū actionū firmitatē ac robur aiūt: morbū vero nequaq; actionis læsionē & infirmita-
tem, sed alij corporis quēdā affectū, alij corpus certo modo affectū. Qua quęnam, obsecro, maior
dementia sit? Hoc. n. vel quiuis deprehendat, nō oportere in altero sanitatem, in altero morbum,
sed in eodē omnino genere ambo constitui. Siquidem contraria sunt, quæ in eodem genere plu-
rimum inter se dissident: veluti cādidū, & nigrum. etenim vnum est horum genus, color. Ideoq;, G
si contraria inter se sunt sanitas, & morbus, in quocunq; genere eorum, quæ naturaliter se habēt,
statuetur sanitas: in eodē, cum præter naturā se habet, ponetur morbus. Quare, si sanitas actio est,
quæ fm naturā se habeat, omnino morbus præter naturam actio fuerit. Sin aūt affectio quępiam,
aut constitutio naturaliter se habens, sanitas est, & morbus affectio, cōstitutio've præter naturam
necessario fuerit. Ac Thessalus quidē finire morbum ne aggressus quidem vsquā est, quin potius
hariolandum nobis reliquit, de qua re vocabulum id enunciet. Quòd enim nihil interesse cēseat
inter morbum & pathos, iam tibi ex ipsius hominis commentarijs ostendimus, in quibus trāslati
tie ambo ponit, trāsfertq; vtrunq; in alterius locum, ceu nihil intersit, hoc, an illo modo loquaris.
Eius vero sectatores vniuersi sursum deorsumq; aguntur, ratiocinantes, ac se tegentes, omniaq;
facientes, vt vel obscure loquant̄, vel omnino nihil, vt Thessalus ipse, atq; ante hūc Themiso, qui
fundamentū illis huius insaniæ iecit. Quòd si tibi ea, quæ Proclus, & Rheginus, & Antipater, ad
hæc, quę Eudemus, Mnasæus, Philo, & Dionysius in hoc genere prodiderunt, dicere velim, vticq;
à proposita tractatione, quæ & scientifica est, & ipsum, quod vtile sit, docere conatur, imprudens
excidam. Verum de horum dissidentia licebit aliquando, fortasse etiam in sequentibus, mentio-
nem facere: vnaq; cum his Menemachi, qui oēs eorum res astutius turbauit, atq; confudit: & nu- H
gacis Olympici, cumq; hoc etiam Apollonidę: & Sorani, &, qui adhuc viuit, Iuliani. quem vtiq;
& nos cōuenimus, vt viua videlicet hominis voce meras nugas cōdiscerē. sed nec is explicare po
tuit, quid † {morbus pathos've} esset. Cuius rei vel maximū signum est, q, cū viginti plus anni iā
sint, ex quo illum Alexandriæ cōuenimus, scripserit̄q; iterum atq; iterum institutiones, (nam has
assidue transponit, transformat̄q;, nunq; ijs, quas scripsit, contentus) nusquam tū earum est ausus,
quid morbus sit, prodere, tametsi certe adeo ea, quæ nihil ad rem pertinent, in ijs agitet, vt etiā il-
lud inquirat, Sit'ne pictura medicis ex vsu. & tamen, tam multa taliaq; cum scribat, nec dissimula-
re queat, (sicut nec Menemachus) quin methodicæ sectæ absurditatem clare norit, ne in hodier-
num quidem diem in institutionibus suis vsquam scripsit, quid morbum pathos've nominet. Mi
hi certe ipsum interroganti, adeo multa obscuraq; respondit, vt nihil eorum, quæ dixit, planè in-
telligerem, cogerer̄q; illud tantum homini dicere, quòd mihi desciscere ab Olympico videretur,
quanquam is auus doctrinæ ipsius fuerat. Nam Iulianus hic Apollonidæ Cyprij, ille Olympi-
ci discipulus fuerat. Ergo Olympicus (vti dixi) sanitatem mōrbumq; finire ausus, illam esse af-
fectum dixit, qui absentia sit morbi. Rursus mōrbum mutationem à naturali in id, quod præ-
ter naturam sit, stabilem. Quorum sane vtrique permulta insunt à ratione aliena, quę et tunc Iu-

† Pathos & morbus.

* pathosq;
* pathos

liano

A liano exposui, & nunc summatim dicam. Quod. n. (inquam) confusionē facit, id est, q; Olympicus
non illud tm absolute dicit, sanitatem affectum eē positum extra morbum, sed ēt illud definitioni
adijcit, quem affectum definimus naturalium actionum cōstantiam, & firmitudinem. haud enim
conijcere valeo, in sola'ne actionum constantia, an in corporis affectu, an in ambobus sanitatem
statuat. sed forte, vt vticq; cum reliquis methodicis assolet confuse alieneq; abuti [Græcorum voci-
bus, ita nunc quoque affectum non ad corpus, sed ad actiones refert: vt nimirum ad hunc modum
definitionē intelligas: Sanitas affectio est actionis in absentia morbi. Porrò iustum, arbitror, fue-
rat alterum duorum definitioni adiecisse, aut actionum, aut corporis, vt videlicet aut ita se habe-
ret finitio: Sanitas est affectus actionum in absentia morbi: aut certe talis: Sanitas est affectio corpo
ris in absentia morbi. Quinetiam, si ambo iungere voluisset, ita quoq; licuisset vt dilucide, sic bre-
uiter dicere: Sanitas est affectio tū actionum, tum corporis i absentia morbi. Quid aūt, cum subij-
cit, Quē affectum definimus constantiam, ac robur actionum naturam suam tuentium, vtrum'ne
pars hæc putanda est eius, quod prędictū est, iungendaq; tota definitio est ad hunc modū: Sanitas
est affectus corporis in absentia morbi, & constantia actionum, quæ fm naturam se habent, ac ro-
bur. an ista ipsa per seipsam perfecta definitio est, ac, quid sanitas sit, docēs, prout sanè nō nullis me
B thodicorum placuit, qui sanitatē esse dixerunt constantiam fm naturam se habentium actionum?
Verū, si hæc absoluta est, haud scio, quid doceat ea, quę ante dicta est, quæ affectum esse sanitatem
præcipit. Quippe illud, quod dixit, in absentia morbi, eiusmodi planè est, quod vel puer rideat: cū,
si ita definire permittet̄, manifestū sit et morbum fore affectum corporis in absentia sanitatis. ita vi
delicet, vt vtraque definitio, non quid sit id, quod quęritur, sed quid non sit, doceat. Sed mittamus
(inquam) si placet & hæc, cum sint ad rem nō admodum necessaria. Illud certe præterire dissimu-
lareq; non licet, q; in sanitatis explicatione oia actionibus tribuantur, vel solis, vel ēt confundēdo
inuoluēdoq;, ac obscure quodā modo miscendo ipsum affectionis vocabulum, quemadmodum
* pathus * pathos fecit Olympicus: in ipsius vero mōrbi definitione, nulla sit actionū mentio. nā illud dicere satis ha
buit, mōrbum esse mutationē cōporis a naturali statu ad eū, qui præter naturā sit, constantē & sta-
bilē. At debuerat, inquā, aut in actionibus, aut in affectibus vtrūq; cōstituere. Quid vero mihi re-
sponderit, & sæpe tibi iā mi Hiero narraui, & nunc repetere non erit alienum. Nihil (inquit) miri
est in actionū quidem constantia cū robore sanitatē poni: in affectu aūt corporis præter naturam,
morbum. Neq;. n. contraria sunt, vt tu reris, inquit. Est. n. eorum aliquid medium, quod nec sani-
tas sit, nec morbus. Quo ego sermone audito, abij stupefactus simul ac dolens, fatēdum enim est,
C quod accidit. Antea. n. neminem vnquam eorum, qui in ea opinione prorsus sunt stupidi, conue-
nerā: tum aūt primum cōueniens merito obstupui, nō q; is solus adeo sine sensu esset, sed q; multo
se etiam agrestiores tot haberet discipulos, qui, cum statim in initio doctrinæ suæ methodicos ita
errare viderent, tū à secta non descisc̄erent: aut, si oīno non viderent, prorsus essent attoniti. Nam
quid, quæso, ad rem, morbum sanitati non esse contrariū propterea, q; aliquid eorum sit medium?
Patet. n. hac scilicet ratione non fore album nigro contrarium propterea, q; eorum sint media fla-
uum, & fuscum, & rubrū, & pallidū, & reliquorum colorū singuli: nec calidum frigido, quippe ho
rum quoq; sunt media, tepidum, & temperatum. Ac sapientes istos methodicos, cum nec leui, nec
spernendo lapsu sic sint inter initia statim lapsi, sperem'us ne veritatē vllam eorum, quæ sequant̄,
posse intelligere? minime, pfecto: q;ppe, q̄ in arte medica spectant̄, oia ex his pendere docebimus,
idq; merito. liqdē in ijs artibus, quę methodo aliqua tradūtur, earū constituēdarū principium est
finis ipsius notio. Ac in huius qdē notitia, alijs quoq; pmultis varie est erratū, alijs medicinę finem
esse affirmātibus, vt plurimū sanare: alijs ea facere, quæ sint ad sanitatem conducibilia: alijs morbo
rum causas adimere: alijs pro se quenq; oia peragere: alijs, prout cuiq; succurrit. ac de his definire
seorsum conueniet. Nemo tū adeo fuit stupidus, vt in alio genere poneret sanitatē, in alio morbū:
D sed vel actionibus naturaliter se habentibus tribuit, vel partium constitutionibus, quos aliqui affe
ctus vocāt. Siue autem in actionibus naturaliter editis sit sanitas, in ijs, quæ præter naturam sunt,
erit morbus: siue in constitutionibus naturaliter se habentibus, in ijsdem pręter naturam se haben
tibus erit morbus: siue in affectibus, in his ipsis erit & inualetudo. Neque enim profunda vlla spe-
ctatione ad hoc est opus: tm sufficit non esse peruersum. Nam quis, obsecro, dubitet, si videre sa-
nitas sit, morbum esse vel cæcutire, vel omnino non videre? Quis non intellegit, si audire sanitas
sit, esse morbum vel ægre audire, vel prorsus non audire? Pari modo, si concoquere, bona valetu-
do est, male cōcoquere, vel planè nō cōcoquere inualetudo est. Et si suo aliquē arbitrio moueri sa-
nitas est, vticq; morbus fuerit & cōuulsio, & palpitatio, quē palmon vocāt, & neruorum resolutio,
& tremor: & denicq; quicqd voluntariū motū vel penitus destruit, vel ēt certo mō impedit. Ad hæc,
si naturaliter sentire sanitatis opus sit, insensibilitas, & difficilis sensus, & stupor, & dolor ægritudi
nes erunt. Rursus, si ordinate respirare sanitas est, vticq; spirādi defectus, vel difficultas morbus ē.
Atqui, si hi morbi sunt, dubium nō est particularū affectus, ex qbus hæc ædunt̄, morborū esse cau
sas, nec oportere aut phlegmonen, aut scirrhū, aut erysipelas, aut absessum, aut vlcus, aut œdema
morbos dicere. Quòd si hæ ægritudines sunt, manifestū est nullū illorū ē morbū. Quippe duo re-
rum genera sunt nusq; inter se similium, sed omnifariam dissidentium, & tota natura differentiū.

alterum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

alterum horum generum corpus vocant,alterum actionem. Ergo oculus, & lingua, & auris, & B
crus,atq; id genus singula,corpora sunt certo modo affecta:visus,auditus,sermo,icessus, actiones
prædictorum sunt corporum.Si itaque in certo quodam corporum habitu ægritudo constituitur,
certe in certo quodam actionum habitu non statuetur.Qñ,si in hoc morbus cõsistat,planum rur-
sus est in corporum affectu nõ esse.Verum,q affectus ipse causa sit,actio vero id, quod ab affectu
corporis efficitur,id vero est,quod omnium maxime & fatendum medico sit, & tenẽdum. Adeo,
quisquis hoc ignorat,is in re labitur,quæ planè est ex necessarijs.At,qui vel actionis læsionem vel
corporis affectum,morbum,vel quoquo nomine appellat,quanq; parum cõuenienter nominat,
potest tñ de rebus ipsis rectam habere sententiam. Contingit autẽ non ex noium,sed rerum recta
opinione,recta morborum curatio.Iam hoc ipsum multos medicorum ignorantes inuenias,pu-
tantesq; in rebus dissidere eos,qui corporum affectus morbos esse censent, ab ijs, qui in actionis
vitio eosdem constituunt.Atq; horum omnium errorum(quod & sepe iam dictum est,& post di-
cetur)vnica causa est,q,qui inuenire quiduis logice sunt aggressi, non fuere in logica methodo
exercitati,sed simul,veluti ratione cogitationeq; exercitati fuissent,ab experientia descciuerunt:si-
mul,cum in illis inexercitati fuissent,magnopere sunt lapsi:siquidem millies eos de noibus tanq;
de rebus litigantes inuenio.Rursum,vbi rem quãpiam maximam ignorarint,nomen se ignorare F
putantes,veluti in eo,quod nunc est propositum, discernere nequeunt corporis quidem statum
causæ rationem sustinere:actionem eius,quod ab eo perficitur:sed nec,quod sanatur,id esse corpo
ris affectum.quippe comitatur necessario hunc naturaliter se habentem naturalis actio.Contra,si
à natura recesserit,actio statim præter naturam se habeat,necesse est. Porrò in hoc totum vertitur,
estq; hoc principium,ac veluti primum quoddam elementum omnis methodi, quæ de medendo
instituitur.Ceterum,an hoc ipsum appellare morbum oporteat,an actionis vitium,id est de nomi
ne dubitare.Dicemus autem aliquid & de nominum vsu,sicut in alijs prius iam fecimus. Verum
nunc de ipsis nondum distinguo,quò videlicet hoc ipsum,rerum fide magis comprobem, ostendam
q;,quodnam sit huius de medẽdo methodi principium et radix.In quo cum alij multi ex ijs,
qui rationales se dogmaticosq; appellant,tum vero probi isti methodici sunt falsi.atq; illud qdem
ijs,qui prudentes sunt,iam quodam modo apparet nihil esse aliud,quod à medicis curetur, q corporum affectum,veluti proximo libro monstrabitur.

De causarum,affectuum,actionum,ac symptomatum generibus,ex quibus vniuersa dignoscendorum ac curandorum morborum methodus pendet. CAP. 8.

NVnc illud nobis propositum erat,vt ignorantiam eorum corrigeremus,qui,quot in vniuer G
sum res sint,quæ in presenti disputatione proxime inter se habeantur,ignorant.Videtur.n.
vnum harum genus esse ipsorum corporum,alterum actionum.Ac corporũ quidem genus præ-
cedere actiones,easq; gignere:has vero sequi,idq;,si corpora naturaliter se habeant, inculpabiles
ac naturales:sin præter naturam sint affecta,aut nullas prorsus,aut omnino certe impeditas.Ter-
tium præter hæc genus est causarum,quę hos affectus creant.nam,quam rationem habet affectus
ad actionem,hanc alterum quippiam ad ipsum affectum omnino habeat,oportet, illo duntaxat
euarians,q affectus cum actione vnà consistit,nec potest vsquam aut proba actio esse sine corpo-
ris naturali affectu:aut vitiosa,nisi cum corpus sit vitio affectum. Eius aũt affectus, qui actionem
impedit,causæ possunt quidem non etiam esse:possunt aũt & adhuc nunc manere. Ergo diuersæ
omnino ab affectibus causæ sunt.Ac tertium hoc iam inuentum genus diuersum est, & ab actio-
ne,& eo,qui hanc gignit,affectu.Ab hoc quartũ aliud genus est{affectus}eorum,q̃,cum corpori
bus & naturaliter,& pter naturã se habentibus insint,actioni nec cõmodant,nec incõmodant:sic
cut,exẽpli causa,color corporis ex diuturna in Sole mora niger ex candido factus: aut contra, vbi
versatus in vmbra quis sit,ex nigro candidus:aut ruber lotis: aut pallidus expauefactis. Quip-
pe hæcnec actiones sunt,nec corporis affectus,qui sint actionis causæ: multoq; minus ipsæ cau- H
sæ,quæ affectus,qui præter naturam sunt,creant:sed sunt symptomata,quę diuersas corporum al-
terationes necessario sequuntur,siue hæ secundum naturam,siue præter naturam se habeant.Er-
go,cum quatuor definita genera iam sint,ex quibus vel noscendis,vel non noscendis, probe se-
cus ũe incipiendam esse medendi artem monstrabimus,liceat de cætero cuiuis,prout volet,ijs no-
mina imponere:veluti affectum corporum præter naturam se habentem,cum actionem aliquam
vitiat,morbum,si placet,appellato:Ipsum vero functionis vitium,insigne quoddam morbi sym-
ptoma.Quæ alia ratione accidunt,ceu colores,ea quoq;,si volet,appellato symptomata,cæterum
ea distinguat à functionum vitio,& si illa insignia,morbi symptomata vocet, hæc familiaria pro-
priaq; nominet.Quædam etiam præter hæc,si volet,nec familiaria,nec propria,sed forte quadam
incidentia.Quartum vero ab ijs genus statuito,quod sit insalubrium,siue (vt ita dicam) morbifi-
carum causarum. Atque harum, quæ quidem in ipso animalis corpore consistunt,interñas nomi-
net:quæ extrinsecus,externas.{nisi malit(vt nunc vulgus medicorum insueuit) illas antecedentes,has primitiuas vocare.}Positis autem pro arbitrio vel hoc vel alio modo nominibus, dum-
modo clare,& ex vsu legentium,nec mutet postea,nec transponat eorum vsum,sed perpetuo per
omnem disputationem obseruet,quò,& quæ dicat,facile intelligamus,& refutationes redargu-

* προηγούμενα
* προκατάρχοντα

tionesq;

Actionesq; omnes ad aliquid clarum distinctumq; referamus. Qualiter, inquis, & ad quem modũ? (nam idipsum quoq; indicãdum adhuc arbitror propter stupidos istos methodicos) nempe esto, dicat aliquis,phlegmonen affectum esse præter naturam:ipsam vero læsam phlegmone laborantis particulæ functionem morbi insigne symptoma,veluti pedũ quidem{læsum}ingressum, oculorum visum,aurium auditum:ruborem autem,tensionem, & renixum, & tumorem,qui præter naturam sit,ac phlegmonis succedat, diuersum quoddam genus siue symptomatum, siue accidẽtium,siue quo alio nomine appellare malit:illud modo sciat,clareq; definiat,non esse idem genus cum vitio actionis. Rursus sanguinis redũdantiam (si forte hæc fuit) internam phlegmones causam:externam vero, & quæ hãc præcessit,ciborum abundantiã.Ergo, sicuti ipse exẽpla sermonis
*Al. causas. habendi clara posui,& quatuor genera distinxi, ac notiões eorum dixi,ita & Thessalo,arbitror, faciẽdũ fuit,præsertim post tot & tantos viros,quos se vicisse prædicauit,nouam sectã condituro. Nunc vero nec ipse apertum quicq; attulit,nec sectatorum eius quisquam.

Refelluntur,quæ Olympicus ac Thessalus de ea,quæ est inter pathos & symptoma, differentia prodiderunt. CAP. 9.

BOlympicus enim, cum ausus sit definire, quid pathos sit,non eius, sed symptomatis retulit notionem.In summa igitur, nec quid pathos sit,nec quatenus à morbo differat,intelligunt. Verum hoc nos in sequentibus docebimus,simul.n.omnia dici nõ possunt. Verum concesso ijs
« idem esse morbum ac pathos,inspiciamus ea,quæ dicit Olympicus. Pathos(inquit)est conuersio
« corporis à naturali habitu in eũ,qui præter naturã est,permanens. Post paululum progressus ait,
« Sciendum est differre à symptomate pathos,q pathos,vt pauloante dixi, affectus corporis est pre
« ter naturam permanens:symptoma,quod huic accidit,quodq; in ijs,quę pręter naturam sunt,spe
« cialem ac magis etiam particularem figurationem habet. Hæc est egregia interpretatio sapientis Olympici,qui pathos ac symptoma finire est ausus. Quæ sanè tot vitijs scatet,vt mihi in mentem veniat illud stulti ad cribrum,negãtis inuenire se, quid eius obturet,aut non obturet. Quid enim primum ex ipsis dicas,aut quid omittas? quippe oia refutare,quæ perperam sunt dicta, longũ sit. Num ois mutatio ab eo, quod secundũ naturam se habet,ad id, quod pręter naturam est, morbũ censetis,si modo permanentia illi adsit? At vos tum coloris vitiũ,tum atrophiam.i.affectum, in quo corpus non nutrit,symptomatis,nequaq; morbis annumeratis. Quid aũt cacochymia.i.vitio sus succus? quid cachexia.i.malus corporis habitus? quid succi defectus? quid vero ipsa redundantia? non ne præter naturam sunt? Si ergo permanentia his accedat, inter morbos numerabuntur.

C Atqui nec ipsi id vultis,& merito sanè. Etenim supra id,quod præter naturam sit affectus,adijci oportet etiam aliquã ab eo lędi actionẽ.nam,quoad illesæ hæ oẽs seruantur, etiã si millies corpus sit alteratũ mutatumq;,nullus tñ eorum affectuũ adhuc morbus est.Quod.n.curationem desiderat,aliud planè non est,q affectus,qui vitiat actionem. Siquidem quod primũmaximeq; oium desideramus,id naturalis est actio:propter hanc,& naturalem siue affectum, siue constitutionem nominare velis.Videre nanq;,& audire,& loqui,& ingredi indigemus,non aũt oculis, auribus, lingua,aut cruribus. nã, si videre alia particula liceret,quis oculorum esset vsus? Et, si alio quouis instrumento audire liceret,quæ auriũ esset vtilitas? Pari modo & lingua,& cruribus minime profecto esset opus,si loqui atq; ingredi sine his possemus.Ac videre quidem,nostra ipsorũ causa indigemus:oculis non nostra,sed ideo,vt videamus. Iam linguã,aures,crura non propterea requirimus, vt instrumentis & multis affluamus partibus, sed loquelæ gratia,& auditus, & incessus.
*Al. ociosis. quippe demortua quauis particula, quæ abscindi potest, veluti digito, pede, aut summa manu non patimur hanc ociosam gestare,ac veluti pondus alienum circũferre, illud clare hoc ipso declarantes,haudquaq; nos particulis illis,sed functionibus egere. Veluti igitur totam particulam actionis causa requirimus,eodem(arbitror)modo naturalem quoque eius constitutionem actionis gratia desideramus.Sicuti enim supra diximus,causæ vicem ad actionem constitutio præstat.

D Quæ vero constitutionem, vnde actio nascitur,necessario sequuntur, sanis quidẽ nobis accidentia,ægrotantibus symptomata nũcupantur.Atq; hæc quatuor genera sunt oium, quæ in corpore nostro habentur, seu secũdum naturã nos, seu pręter naturam habeamus, actiones, constitutiones, quæ has præcedunt, quæ sequũtur.his dehinc nomina,qui volet,imponito,singulis seorsum: &,si Dionem,aut Theonem appellare velit eorum quodlibet, mea nihil refert:illud modo intelligat seruetq; vbique,quatuor in vniuersum res esse,quæ sitæ inter se proxime sint. Et,quoniam huc sermonis veni,videor mihi hoc iuste exigere, vt licuti nos illis permittimus, quæ velint,nomina indere,ita illi inuicem nos vsitatis & antiquis vti sinant. Alioqui sanè graue atq; adeo iniurium sit,si illis solœcismum committere tyrannorum ritu licebit,nobis vel græce,{vel latine}loqui non concedetur. Vocanto,si placet,sanitatem,ipsarum functionum constantiã.quanq; ostensum à nobis est affectum constitutionemq; partium,cuius ope functiones secundũ naturam edimus,hygian.i.sanitatem ab omnibus Græcis appellari.Atq;, id cum statuerint sanitatem,morbũ tamen censento non actionis vitium, sed qui præter naturam sit affectum. Tanquam ergo nos illos nec græce{latine ve}nec dialectice nominantes, non impedimus, ita illi nobis permittant & græce{latine ve}& dialectice non omnem,qui præter naturam sit,affectum, sed qui actioni

incommodat,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

incommodat,morbum nominare: qui præter naturam sit, nec tamen actionem obturbet, non E
morbum,sed morbi symptoma.Rursus,sicut illi permanentiam adijciunt,nec indicant,quot horas eiusmodi affectus moratus, morbus sit censendus, ita illi nobis concedant illud permanentię nomen subtrahere.Nam,siquis siue tribus horis,siue quatuor,siue horæ tantũ dimidio, toto corpore vehementer sit arreptus sic,vt neq; sentiat,neq; moueatur,hunc nos apoplecton siue attoni tum dicimus:Æque,siquis conuulsus toto corpore sit,hunc etiam comitiali morbo laborare,nulla nec horarum,nec dierum ratione habita. quippe nomina id genus, naturæ rei,non temporis modi sunt indicia:non aliter q̃ album & nigrum,& calidum & frigidum. alioqui mirum mehercule sit,si aqua calida,calida non sit,nisi perpetuum diem talis perduret.aut qui sex horis febricitauit,non febricitauerit:oportuisse.n.vt febricitauerit,durasse malum.quãq̃, quod tempus id sit, quod durationem illã,iusta'ne fuerit an secus,determinet, nemo eorũ tradidit: vtrum'ne dierum aliquis numerus sit,{an mẽsium,}an horarum:aut cur durabilẽ dicant, cum licuerit diuturnum dicere:aut cur hoc quidem mutantes non nulli eorum,difficile solubilem dicant.At certe hoc nõ generaliter morbi, sed longi morbi proprium est: perinde ac facile solubile,breuis. Verum existimare referre,ægre solubilem,an durabilem,an diutinũ dixeris, non'ne extremæ est ruditatis: Iam illud profecto magis mirum, q̃ ipsi veluti à graui somno ex perrecti, distinguere pathos à F
symptomate aggrediuntur: cum auctor stupiditatis eorum in secundo de methodo, sic scribat:
Eadem nanq;, cum præcedunt,pathe dicũtur:cum succedunt,symptomata.Quãuis etiam longe »
mirabilius hoc ipsum sit,q̃ ea,quæ ab illis dicuntur,vtiq; iecinoris phlegmonẽ, si primo statim die »
irruat,pathos esse concedere:sin alteri cuipiam secundo,aut tertio die succedat, abire in symptoma.quanq̃ quid diem secundam memoro:cum melius sit horam secundam à morbi inuasione dicere. An enim in secundo die phlegmone iecinoris in symptoma migrabit, in secunda ab initio hora nõ migrabit,nec symptoma erit:cum illud saltem, quod est,alicui, quod præcessit, superuenire illi omnino competet. At,quod tam celeriter, inquiunt, superuenit,ab eo, quod vnà irruit, nõ distat.Rursum igitur dictum ab illo clare oportuit,quot horis determinet,distinguatq;, quod superuenit,ab eo,quod vnà inuadit.Ac Thessalus quidem eiusmodi est. Olympicus vero,ceu in arcem ipsam sapientiæ euectus, non ita pathos à symptomate discernit, sed pathos id esse,quod *Af. causam.
dictum est,symptoma vero,quod huic accidit,mirifice videlicet ac dilucide essentiam eius interpretatus:quippe,quid ipsum symptoma,quod pathos comitatur, sit, adijcere(vt arbitror)ac definire oportuit,num corporis aliquis affectus,num læsio quæpiam actionis,num pariter vtrunque esset.At ille quidem minime id dicit,sed nobis videlicet diuinare est opus. Illud vero,quod defi- G
nitioni apposuit,nempe specialem atq; etiam magis particularem in ijs,quæ præter naturam sunt, figurationem habens,quam non excellẽtiam claritatis habet, atq; etiam nominum græcam perlepidamq; interpretationem:' Si magis specialem quandam figurationem,in ijs,quæ præter naturam sunt,symptoma habet,quid ergo est,quod magis generalem notam habet:'non.n.dixit,an sine collatiõe ad generale,magis speciale liceat inuenire. Sin ad nihil omnino referẽs, magis speciale pronunciat, oppido q̃ diligenter clareq; interpretatur. quanq̃ & paucis,& dilucidis verbis dicere ei licebat omnia,quæ circa corpus animalis præter naturã sunt,vel morbum esse, vel causam,vel symptoma. Quibus omnibus cum illud præter naturã sit cõmune, morbus actioni officit,causa ipsum præcedit,symptoma eum sequitur,ipsum videlicet natura duplex,alterum actionis læsio:alterum affectio quædam morbum sequens. Verum (vt dixi) siquis omnes eorum errores excutere velit,finem dicendi non inueniat: ipseq; mi Hiero optime scis eorum nos ne mil-
lesimam quidem ipsorum partem refutare conatos.Ergo,si illud tantum adiecero,primum hunc librum hoc loco claudam: nempe q̃ in ipso statim methodi principio non pauci medicorum fallunturvtique qui Thessali ac Themisonis sunt æmuli,quiq; methodicos se appellant,insignibus ac maximis erroribus:cum his vero nõ pauci eorum, qui se analogisticos, dogmaticos ac logicos H
nominãt.Siquidem, nisi quis omnes affectus, à quibus actio læditur,inuenerit,numerum ipsum morborum,quantus qualisq; sit,ad vnguem definire non potest. Id cum quidam eorum facere nunquam vel tentauerint,tyrannorum more, quæ ipsis videntur, citra demonstrationem pronunciant. Alij non modo ipsi non demonstrant,sed nec à demonstrantibus discunt. Ac plurima (vt scis)medicorum pars, qui nunc sunt in pretio,eiusmodi est.nec id fortasse mirum. Nam, vbi philosophorum plerique citra demonstrationem credendum sibi postulãt,quid de medicis mirere, quibus nec vacat veritatis inquisitioni vacare:'vt qui mane in salutationibus(ita enim appellant) sint occupati,vesperi cibo distenti,ac ebrij. Verum ego veteris tibicinis exẽplo,mi Hiero, vel cũ musis ipsis certauero.cum alioqui turpe putem,tibicinẽ, qui præsertim haud magnam rem prospere moliebatur,adeo repertum fuisse laudis cupidum:me autem, qui medendi methodum ab antiquis inquisitam,non tamen hactenus exacte proditam, inuestigare absoluereq; valeam,propter eam,quæ hac tẽpestate regnat,ignauiam,grauari atq; cunctari ac differre. Quare contra nũc affectus,q̃ ante,mihi videor.Non enim proprium vobis,qui me ad medendi artem totam ordine perscribendam hortati estis,hoc munus dedico.Ac primus liber hic mihi finiatur:totius,quod sequitur, operis secundus ad hunc modum deinceps incipitor.

Galeni

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER SECVNDVS.

ARGVMENT. LIBRI.

Quid sit morbus,ac quæ prima ipsius genera:& quo pacto statuendæ sint indicationes, quibus vniuersa morborum curandorum methodus, tanquam fundamentis subsistit.

Affectum, à quo immediate actio læditur, proprie dici morbum, quando & ad ipsum remouendum vniuersa curatio dirigitur. CAP. I.

B 
Væ corporibus nostris à naturæ suæ modo egressis, Hiero optime, accidunt, eorum quatuor traditæ differentiæ sunt: Vna ipsius functionis vitiatæ: Altera eius,qui hanc peperit,affectus:Tertia causarũ,quæ ipsum præcesserunt affectũ: Quarta symptomatum,quę hunc necessario consequuntur.Quòd itaq; vel cuncta hæc esse morbum oporteat, vel horum quædam, vel certe ex his vnum,id promptum colligere cuiuis est. Cum enim ægrotantibus præter hæc nihil insit, vtiq; præter hæc morbus nõ fuerit.Quod ergo reliquum est, aut omnia hæc collecta morbus erit,aut horum quædam,aut vnum saltem omnino.Sed enim omniũ esse collectionem,præter id,q̃ neminem vsquam habuit authorem,etiã dici non potest. Nam quæ,quæso,morbi causa,aut quod morbi symptoma erit,si omnium pariter collectio morbus censebitur:'Neutrũ profectò erit.Ergo duo præter morbos genera relinqui necessum est:alterum causarum,quæ hos creant:alterum eorum,quæ necessario sequuntur,non tñ homini officiunt. Verum,si hæc abstuleris,reliquum est, vt in altero duorũ statuatur morbus, aut ipsis functionibus afflictis, aut, qui has edunt,affectibus.Fuitq; & antiqua sanè de hoc controuersia, & hodie dissident inter se oẽs, non modo medici,sed ẽt philosophi: alij ipsius actionis vitia, alij affectus, vnde actio prodit, morbos nominantes.Et dissidere viros in rebus tam obscuris minime est mirum:non intelligere tñ eos,q̃
C de nomine contendant,sanè taxatione est dignum.Quippe, si inter oẽs cõuenit,ad affectum, qui functioni obest,curationis consilia dirigi, quid ad artis officia conferat definiuisse,affectus'ne,an læsa functio morbus sit appellandus:' Vtrouis enim modo appellãtibus æger sanitati restituetur, modo quis affectui commodis præsidijs occurrat.Hic nanq; est,quem alterare mutareq;,& prorsus submouere oportet,non vitium functionis.Nemo enim ipsam claudicationẽ sanat,(id enim esset ridiculum)sed affectum,qui hanc efficit, veluti phlegmonen, si huius vitio claudicatur,atq; hãc & perfundit,& cataplasma superimponit,& scarificat,& per halitum digerit, & omni ratione discutere tentat:vtpote cùm hac abolita,reddatur rectus incessus:nec hac submota claudicationẽ corrigere prorsus sit opus,cum nec remaneat quicquam prauæ functionis,si, qui huic obfuit,prorsus sit amotus affectus.Quoad vero huius quicq̃ relinquitur,necessum est ad portionẽ eius,actionem vitiose edi.Hunc itaq; affectum,seu morbum appellasse,seu pathos,{vitium'ue,}seu morbi causam,seu pathus{vitijue}causam quis velit, id nihil ad curationem nec prosit, nec obsit. Sed, neq; si Theonem aut Dionem hunc vocet quis,modo rite sanet,nec hic quidẽ ægrotanti officiat. Quinimmo,siquis prorsus innominato eo,tamen quæ ex vsu ægrotantis sunt,adhibeat remedia, non solum hic nihil offendet,sed etiam bellissime curabit. Verum,qui alterum docere volet, quæ
D ipse tenet,huic prorsus nominibus propter res vti est opus.In quorum vsu claritas quasi meta spectanda erit.Nam,qui sic nominare quæq; studet,vt qui discit,clarissime intelligat,is optimus præceptor fuerit.Quoniam igitur & nos iam docẽdi munus ingredimur, necesse est alicubi rebus nomina imponamus:an vero dilucide,id vos æstimetis,licet.Ergo affectus,qui actionem vitiat,morbus appelletur.Hunc siquid sequitur,symptoma.Quod illum excitat,causa.

Qua ratione Veteres medici nomina morbis imposuerint,& quibus ex libris morborum, ac symptomatum numerus,& causæ declarentur. CAP. 2.

His ita distinctis, inspicienda diligenter est nominum diuersitas, quæ ægritudinibus imposuerunt ipsorum primi authores.Subinde enim à læsa particula sunt indita, vt Græcis Pleuritis,id est laterum compunctio.Peripneumonia,id est pulmonum phlegmone. Ischias,id est coxendicum morbus.Podagra,id est pedum vitium.Nephritis.id est renum vitium.Arthritis,id est articulorum vitium.Ophthalmia, id est oculorum phlegmone. & Cephalalgia, id est capitis dolor.& Dysenteria,id est intestinorum tormina.Subinde ab ipso symptomate, vt Eileos, id est tenuioris intestini morbus.Tinesmos,id est desidendi assidua cupiditas.Spasmos, id est conuulsio. Palmos,id est palpitatio.& Tromos, id est tremor.Paralysis, id est neruorum resolutio. & Apepsia,id est cruditas. Dyspnœa, id est difficultas spirandi, vel inordinata spiratio. Apnœa, id est defectus

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

defectus ſpirandi. & Agrypnia, id eſt vigilia. & Paraphroſyne, id eſt deliriũ. & Coma, id eſt ſopor. E
Sæpe ab ambobus ſimul, vt Cephalalgia. & Otalgia, id eſt aurium dolor. & Cardialgia, id eſt cordis dolor. Odontalgia, id eſt dentium dolor. Hyſteralgia, id eſt vteri dolor. Sæpenumero à cauſa putata, vt Melancholia, ab omnibus: Choleræ, iſs qui ſunt à Cnido medicis. Hinc etiam ¦fortaſsis & Leucophlegmatias hyderos, quæ aquæ intercutis eſt ſpecies, nomen accepit. Non nunquam à ſimilitudine ad aliquid extra poſitum, vt Elephas, ſiue Elephantiaſis, Cancer, Polypus. Staphyle, id eſt vua. Leuce, id eſt vitiligo alba. Myrmecia, id eſt Formica, ſiue ſeſsilis verruca. Atheroma, id eſt tuber, cui puluiculæ ſimile quid ineſt, quam Græci Atheran dicũt. Steatoma, quod ſeuo ſimile quid continet. Staphyloma, id eſt oculi morbus, cum in ſumma tunica quiddam acino ſimile eminet. Melicerís. Anthrax, id eſt carbo. Alopecía, id eſt areæ in capite. Ophiaſis, id eſt vitium ſerpentis formam repræſentans. Sycoſis, id eſt ficus. Satyriaſmi, & Priapiſmi, pudendi præter naturam erectiones. Ipſorum vero morborum, quæ nec locum affectum nomine repræſentent, nec cauſam, quæ eos effecit, perpãuca ſunt nomina. Phlegmone. Gangræna. Scírrhus, id eſt duríties víx ſentiens. Eryſipelas. Apoſtema, id eſt abſceſſus. Oedema, qui tumor eſt laxus citra dolorem. Empyema, id eſt collectum in thorace pus. Vlcus. Exarthrema, id eſt luxatio. Catagma, id eſt oſsis fractura. Spaſma, id eſt conuulſum. Rhegma, id eſt ruptum. Coloboma, id eſt mutilum, ſiue curtum. F
Dothien, id eſt furunculus. Ionthos, id eſt varus. Phyma. i. laxarum partium phlegmone. Quanq̃ horum quoq; non nulla partim locum corporis ſiue particulam afflictam ſubindicare videntur, partim à prægraũte ſymptomate nominari. Quòd ſiquid citra huiuſmodi inſinuationem eſt nominatum, at certe differentias ſuas multiformes habet: veluti vlcus tametſi ipſo nomine vnitatis ſolutionem in carnoſa parte non indicet, atq; ita afflictam partẽ vnà inſinuet, at particulares eius differentiæ varie ſunt nominatæ, Chironium, Telephium, Cancer, Herpes, Phagedæna, omniaq; id genus, partim ab iſs, qui primum ea ſanarũt, vt Chironium: partim ab ipſis, qui iſsdem ſunt affecti, vt Telephium. Cancer autem à ſimilitudine ad animantem. Phagedæna à ſymptomate: ſimiliter Herpes. Verum Phagedæna vlcus omnino eſt, idq; depaſcens, ſiue exedens, ſiue quomodocunq; appellaſſe libet: Herpes non ſemper vlcus eſt, quotieſq; cum exulceratione eſt, nõ vtiq; ſeruata veteri ſede, vicinas partes depaſcit, ſed, ſicuti nomen ipſum indicat, ritu ſerpentis beſtiæ, relicto priore loco tranſit ad alterum. Cauum vero vlcus, & ſordidum, & purum, & æquale, & quod hyperſarcon græce dicitur. i. cuius ſupercreſcit caro, hęc magis proprias ſortita ſunt appellationes, non tñ ſimiliter omnes, ſed æquabile à propria nimirum differentia, ſicuti & cauum, & ſupercreſcens. At cruentum, & purum, & ſordidum, non à propriis differentiis, ſed ab externis ſymptoma G
tis ſunt appellata. Ergo, cum tam impar nominũ impoſitio veteribus fuerit, multoq; ẽt magis cũ Epinyctida, & Acrochordona, id eſt penſilem verrucam, & Nyctalopa dicant: primum, quod noctu eſt enatum: alterum, quod ſummam occupat cutem: tertium, quod noctu viſum aufert, aliaq; eiuſmodi multa faciant: nam ſi omnia numerem, (quod ipſe fugere iuſsi) ſuperuacua perſequi videar: Id omni modo agendum eſt ei, quem veritatis ſtudium tenet, vt ab ea, quam nomina imaginationem faciunt, recedens, ad ipſam rerum ſubſtantiam ſe conferat, atq; hanc inſpiciat: tum, quot in vniuerſum ſint & morbi, & ſymptomata, & proximæ ſiue internæ horum cauſę, requirat. Nos igitur id alijs commentarijs fecimus, quorum vnus de ægritudinum numero eſt, inſcriptus aũt eſt de morborũ differentia: alter de ſymptomatum eſt differentia. Adeo vero in eo opere cauſas horũ vtriuſq; ſeorſum explorare ſtuduimus (dico tum morbi, tum ſymptomatis cuiuſq;) vt ad præſentẽ diſputationem nihil amplius deſideretur, ſed præparata oĩa iam ſint. Itaq; ne legenda quidẽ, quæ hic dicemus, vlli ſuaſerim, priusq; in illis ſit exercitatus. Quippe, ſiqs illis tã numeroſis theorematis neglectis huc ſe cõtulerit, nec ipſe fructũ percipiet, &, quæ recte ſunt tradita, temere incuſabit.

Quid differat morbus & pathos, & quod omnis morbi dignotio ex ijs pendeat, quæ corpori ſecundum naturam inſunt. CAP. 3. H

AC in illis quidem particulatim omnia, tum morbos, tum ſymptomata, tum cauſas inquiro. Hic duobus adhuc additis, quę neceſſaria erunt ijs, qui medendi artem exercebunt, tum me ad vſum inuentorum prodendum conferam. Quænam ſunt, inquies, duo illa, quæ dicere paro? Certe vnum, quid inter morbum, & quod Græci pathos vocãt, interſit, indicabit: Alterum, q̃ ſine corporis elementis, ex quibus primum conſiſtit, noſcendis, non poſsint morbi inueniri, oſtendet. Hæc igitur nos accuratiſsime tradere ſtudebimus. Qui ea legent, oro, ne prius ad ipſam methodum medendi ſe conferant, q̃ & ipſi, quot in totũ morbi ſint, per ſe inquiſierint, &, quæ prodita à nobis ſunt, curioſe inſpexerint. Ergo ceu hæc fecerint, incipiam, quæ promiſi. Tres eſſe in corpore affectus præter naturam oſtenſum iam eſt, Cauſas, morbos, ſymptomata. Cauſas, veluti redundantiam vel corruptelam. Morbos, vt phlegmonen, vlcus. Symptomata, vt malum colorẽ, & gracilitatem. Diuerſa ab his ſunt, quæ immodice à corpore excernuntur, aut quę præter naturã retinentur, & functionum vitia: omnia ſcilicet cõi nomine ſymptomata dicta, cæterum non vni generi ſubiecta. Quippe affectus quidam corporis eſt vitioſus color. Quod excernitur aut retinetur, affectus non eſt, ſed affectũ ſequitur. Similiter actio vel læſa, vel integra, affectus ſanè non eſt: particulæ autem, vnde editur, affectum neceſſario comitatur. Ac œdema quidem & phlegmone ex iſs

*Αὐ. οὐκ ὀλίγα. .i. non pauca.

A ex iſs ſunt, quæ abſolute eſſe dicuntur: Eodem modo & redundantia (ſi ea ſit) ſanguinis, & corporis pallor. Actio vero ex eorum numero non eſt, quæ eſſe abſolute dicuntur, aut certe non ſimiliter, ſicut iam comprehenſa. Siquidem nullo temporis ſpatio manent eius partes, ſicuti profectò nec ſermonis, nec etiam motus vllius, ſed horum quilibet in ipſo (vt ſic dicam) fieri eſſe ſuum obtinet. Cum vero duplex ſit motus genus, vnum in loco, aliud in qualitate, prius latio, ſecundum alteratio dicitur. Ac omnis quidem actio, motus eſt actiuus. Omnis alteratio, eius, quod alteratur, motus eſt paſſiuus. patitur nanq;, quod alteratur. Ergo affectus, dum alterantur, mouentur. Cum à motu ceſſauerint, iam alterati ſunt, non autem amplius alterantur. Quicquid enim quocunq; modo ſe habet, aliquo omnino affectu eſt præditum. Quod autem in conſtanti ægreq; auferibili affectu eſt, id habitu iam quodam affectum eſt. Sanè alteratur is, qui nigrefit: alteratus eſt, qui iam obnigruit, ſiue (vt ſic dicam) nigrefactus eſt. Itaq; alteratio generatio eſt qualitatis, aut affectus, aut quomodocũq; appellare velis. Nec, ſi alterationem eſſe depoſitionem, vel mutationem eius, quod prius fuit, dicas, id pugnet cum eo, quod dixi, alterationem generationem eſſe qualitatis: Cum ambo in idem recidant. Nam, & quæ prior in corpore qualitas fuit, mutatur, & nunc noua gignitur. Quippe eius, qui in Sole verſatur, candor mutatur, nigritia gignitur. †{Rurſus eius, qui
B igni ſe calefacit, }-frigus mutatur, calor fit. Quoties vero cuiuſpiam, quod ſubſtantia non ſit, generationem eſſe dicimus, non idem eo ſermone ſignificamus, ſicut cum abſolute generationem proferimus. Nam, quæ abſolute generatio nominatur, via eſt in ſubſtantiam. Quæ vero huius, vel illius generatio dicitur, via eſt in illius (vt ſic loquar) entiam, ſiue ſubſiſtentiam. Verum hoc, veluti extra rem, ſit dictum. Quod vero propoſitum nobis in diſputatione maxime fuit, fermè iam definitum eſt, nempe aliqua in generatione, & mutatione, & alteratione, &, vt ſemel dicam, in motu ipſam eſſentiam habere: aliqua in ipſius ſubſtantiæ conſtantia. Ac ſanitas quidem, & morbus, & quæcunq; ſymptomatum cauſarumq; affectus, vel habitus ſunt, ex permanentium conſtantiumq; numero ſunt. Actiones omnes alterationesq;, in quacũq; re fuerint, in ipſo fieri eſſentiam ſuam poſsident. Et corpus, ſecundum quodcunq; mouetur, ſecũdum idem patitur, motusq; eius pathos, ſiue paſsio eſt. Sanè priſci motus oẽs, etiam qui naturaliter ſe habent, niſi actiui ſint, pathe græce, id eſt paſsiones, nominant: ſicuti etiam ipſos actiuos motus, actiones. Eo pacto & Plato ſenſuum alterationes, pathe, id eſt paſſiones, appellat: cum iunioribus aliter (neſcio quomodo) ſit viſum, vt videlicet de ſolo eo, qui præter naturam ſit, motu id nomen vſurpẽt. Ac à veteribus qui dem pathos priuatim de omni extrinſecus motu dicebatur: nunc per abuſum etiã affectus, qui ex
C paſſione iam prouenere, nec amplius in motu ſunt, pathe, id eſt paſsiones, appellant: † non tamen diuturniores, aut ægrius auferibiles. Sed eiuſmodi nomenclaturæ à iunioribus ſunt inuectæ. Diximus autem alibi diffuſius de medicinalium nominum vſu. Nec illud nobis ad cõſiderationem propoſitum nunc eſt, ſed tantum, quẽadmodum ipſi vtemur, claritatis gratia diſtinguere neceſſarium eſt viſum. Nam contrarium ſanitati affectum, à quo lædi actionem dicimus, morbum tantũ appellamus, ſiue diutinus hic, ſiue brevis ſit, ſiue momento duret. Ex reliquis affectibus, qui præter naturam ſunt, eos, qui hunc præcedunt, cauſęq; rationẽ obtinent, cauſas tm̃ dicimus, nõ pathe. Qui illum ſequuntur, ſi actionum offenſæ ſunt, & ſymptomata, & pathe: Eodem modo & immodicas vel inanitiones, vel retentiones. Qui vero affectus ſunt, veluti vitioſus color, ſupra paſsionis & ſymptomatis appellationem, etiam affectus, vel affectiones vocamus, ita nimirum, vt ſunt.
Omnium igitur horum cõmune id eſt, q̃ præter naturam ſunt, & cauſæ, & morbi, & ſymptomatis. Proprium aũt morbi quidem eſt actioni incommodare: ſymptomatis hunc ſequi: cauſæ præcedere. Ergo nec is, qui morbum eſſe motum præter naturam dixit, intellexit, quid diceret: quem admodum in proximo libro docuimus methodicorum non nullos definiuiſſe, adiecta ex ſuperabundanti, conſtantia: Nec is, qui mutationem eſſe ab eo, quod ſecundum naturã, ad id, quod pre-
D ter naturam, voluit. Quippe quæ non magis morbi, q̃ cauſæ & ſymptomatis definitio eſt: quãdo omnia ea affectus ſunt præter naturam. Verum, ſi breuis ſpatij ſunt, cõſtat acuta eſſe: ſin ęgre auel Iuntur, diuturna. Noſon autem, an Noſema dicas, nihil intereſt, quemadmodum etiam non intereſt, Pathos, an Pathema dicas. Atqui pathus, id eſt paſsionis, appellationem de morbo dixiſſe veteres, quemadmodum & Arrhoſtian, id eſt infirmitatem, & Aſthenian, id eſt imbecillitatem, oſtenſum nobis eſt in iſs, quæ de medicinalibus vocabulis ſcripſimus. In quibus illud quoq; traditum eſt, nihil referre dicere †{valetudinem infirmam, an infirmitatem valetudinis.} Nam & ipſos, qui ægrotant, appellant non ſolũ Noſuntas, id eſt ægre habentes, ſed & Aſthenuntas, id eſt parum valentes, & Camnontas, id eſt laborantes. Reliquum nunc fuerit, vt, cuius cauſa hæc oĩa diximus, in medium adducto, ad aliquid eorũ, quæ proxime tractanda ſunt, deinceps trãſcamus. Id quid ſit, rogas? Certe non aliud, q̃ quod ſæpius iam ante dictum eſt, Primum ac maxime id medicos ſtudere, idq; ferè proprium eorum munus eſſe, vt morbos adimant. Quippe ſimul cum hoc non modo actionis vitium ſtatim euaneſcit, ſed etiam reliqua omnia ſymptomata tolluntur. Siquidem primum ac maxime actionis ipſius, quæ ſecundum naturam edatur, omnes egemus, propter illam vero & ſanitatis. Sed & functionis incommodum amoliri omnes cupimus, ob id vero etiam morbum ipſum. Cæterum non functionis vitio, ſed morbo ipſi, id eſt affectui præter

† In quibuſdam cod. hæc nõ habentur.

† Antiqui cod. quos vidi & impreſsi legunt. οὐ μὴν χρονιώτερόν γε οὐδὲ δυσλυτώτερον ἢ διάθεσις τῆς ἕξεως, ὥσπερ οὐδὲ ἀῤῥωστίαν .i. nõ tñ diuturnior aut ægrius auferibilis ẽ affectio, q̃ habitus: quẽadmodum nec imbecillitas. Linacer tamen meliorẽ lectionẽ videt habuiſſe.

†Arrhoſtian an Arrhoſtema.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

naturam,qui actioni incommodat,applicamus remedia. Quisquis igitur ex ijs, quæ particulis na B turaliter insunt,& quæ temere accidunt,& quæ actionis sunt causæ,distinguere non potest,quomodo credibile est,vt ipse affectum,ex quo primum actio læditur,inuenire possit? Nam, quæ temere corporibus accidunt,etiam si millies sint alterata,nocere profectò actioni nō possunt, quandiu,à quibus fiebat, omnia naturam suam tuentur. Horum vero si vel vnumquodlibet sit alteratum,actionem quoq; ipsam statim lædi intantum est necesse,inquantum ab eo,cum secūdum naturam se haberet,est adiuta.

Tribus exemplis ostenditur dignotionem morbi ac curationem,ex intellectione affectus, qui secundum naturam inest,pendere. CAP. 4.

AC mihi quidē res tota explicata iam est,clareq; ostensum, ijs præsertim, qui intelligere vera possunt,fieri non posse,vt omnium morborum numerū methodo quis comprehendat, nisi idem omnium causarum actionis numerum,corpore secundum naturam se habente,norit. Nihil tamen ex iam dictis intelligere adhuc possunt, quicunq; vel rudiores sunt, & ingenio crassiore, * σκαιότεροι vel methodicæ sectæ nugis innutriti. Denuo igitur, quod nunc generatim dictum intelligētibus est,illis quoq; speciatim exponamus,vnum aliquod atq; alterum veluti exemplum sermoni proponētes. Cur lingua sapores percipit,nec vlla pars aliaꝰ Num propter colorem,aut situm, aut ma- F gnitudinem,aut figuramꝰ Quippe ea affecta, nec cōmode sapores sentiente, aut colorem eius ad naturam suam reducemus,si videlicet huic actionem debet, aut iam dictorum quoduis, si ab illo agendi vim accipit. Quòd si propter aliud ab ijs quippiam,constat, si illo tm̄ tenus ad naturalē habitum sit restituta,nullo etiam reliquorum fore opus. Nam esto,exempli gratia, densitas certa pororum causa sit,cur succi saporem diiudicet: Nunquid horū symmetriam, quæ in sanitate visitur, tuebimur, rursusq; ametriam,id est à iusto modo recessum, quoties laborat,corrigemusꝰ Esto(si placet)mediocris calor causa sit,cur saporem intelligat: Num hic quoque manifestum est cæteris neglectis vnam adhibendam curam, vt illud seruemus,à quo agendi facultatem accepitꝰ Iam,si propterea, q̄ ita in sicco humidoq; attemperata sit, idcirco sentiat, quis non reliquis posthabitis huc tantum intendat,vt neq; iusto siccior sit, nec etiam humidiorꝰ Quis rursus, si hoc verum est, non facile promptēq; colligat duos esse vniuersos linguæ morbos,alterum siccum, alterum humidumꝰ Veluti rursum,si per moderatum calorem & frigus habet,quod sentiat, quis non hic quoq; duos esse morbos eius intelligat,caloris frigorisq; à modo recessumꝰ Non aliter quoq;,si propter tenuium meatuum competentiam sensum est nacta,promptum profectò hic quoq;,colligere est, omnino eam ex horum contrario habitu esse vitiandam,duplexq; vitium fore, densitudinē eiusG modi meatuum,& raritudinem. Sed num etiam plura dicam,quò stupidos istos inducam,vt, si nihil aliud,illud saltem intelligant,nō posse quenquam nec inuenire, nec demonstratione asserere morborum numerum,qui nō ex ijs,quæ particulis insunt,tum quæ causæ actionis sint,tum quæ temere accidant,noritꝰ Num etiam alterum adhuc tertiumq; exemplum adijciamꝰ Sæpe nanq; multitudine exemplorum,stupidorum animi veluti à somno excitantur. Age igitur ita homines interrogemus: Idcirco'ne corpus calida,frigida,dura,mollia,lenia,& aspera,omnia deniq; tangibilia sentit,q̄ candidum colore est,aut nigrum,aut rufum,aut vno verbo,q̄ talis coloris estꝰ An propter horum nihil,sed aliud quippiamꝰ Neminem enim arbitror latere, quin,si quid probe sentiendi munere vtetur,id tantum illi tuendum custodiendumq; sit, ex quo vno probe sentiendi facultatem accepit. Nam,si ex eo q̄ candidum fuit,id dotis obtinuit,eius nimirum tuendi maxima erat habenda cura,sicut nigri fugiendi. Sin contra ex eo,q̄ nigrum fuit, sentiendi vim habuit,omnes, arbitror,alios colores fugere formidareq; oportebat. Ad eundem modum, & si inde adeo sentit, q̄ flauum,vel rufum est,fugiendi,arbitror, alij colores sunt,ceu sensum vel penitus abolentes,vel vitiantes. Præterea,si eo,q̄ durum sit,sensu est præditum, si molle fiat,deterius sentiet: Æque vt, si eo,q̄ densum sit,si ad raritudinem mutetur. Iam,si tenuium meatuum symmetrię acceptam sen H tiendi vim refert,vbi ab hac recesserit,vitiabitur. Et generaliter,vt sentiat, id tantum ipsum adsit, oportet,vnde sensum obtinuit: atq; id tantum corrigatur, vnde sensus est læsus, cum à natura recesserit. Num igitur tertio exemplo est opusꝰ an hæc abunde satisfaciūtꝰ Sanè prudentibus vel hæc superuacua puto,vt qui vniuersale intelligere sine exemplis possint: rudibus autem,& auērsis,et * σκαιοῖς contentiosis,ne si tertium quidem addam exemplum,quicquam fortasse profecero. Verūtamen, quando duo iam dicta sunt,& inaniter tempus nostrum semper terunt,nō fuerit alienum, vnum etiamnum ijs exemplum adijcere. Proponatur itaq; iam,quemadmodum ventriculus male concoquens nobis sit corrigendus. Verba autem faciemus,non solum contra methodicos, sed etiam contra eos rationalium,qui non cognita ipsius actionis prima causa, quam continentem etiā nominare sunt soliti,methodo quadam ac ratione cōstituī posse artem putant. Esto igitur quispiam dicat(ab ijs enim,quæ obuiam promptamq; absurditatem exhibent, cœpisse præstat, quò eos,si fieri potest,ad ea,quæ confusa magis sunt,intelligenda sensim perducamus.) Esto, inquā,aliquis dicat hunc quempiam,qui nunc cruditate laborat,q̄ multos deinceps dies solo lacte est altus,ventris colorem mutasse, albumq; ex rubro reddidisse, idcircoq; ventris sui functionem vitiasse. Fortasse iam rides,& iure profectò rides. Verū, si scias, quàm sit simile & huic de coloribus citra

vllam

A vllam demonstrationem adhibitam quiduis pronunciare, & tibi de exiguorum meatuum(verbi gratia)symmetria,aut alio quolibet affectu,non,arbitror,iure ridebis. Nam aut in tete risum vertes,aut non in hunc. Nam esto impudens sit,qui causam minus probe concoquendi colori imputet, dicatq;, q̄, quoniā ex naturali colore ventriculus ruber est,nūc vero redditus est planè albus, idcirco cruditate laboret,est necesse. Libens sanè audiam,quid tu cōtra hunc obijcias. Ego enim aliam rationem non inuenio,quàm vt iubeam,qui ita dicet,prius ostendat,an omnino propter colorem,iustam ac naturalem actionem ventriculus edat. Tu si quam aliam habes, libens audiam. Sed nec habes,nec habere aliam contradicendi rationem potes contra eum, qui colorem cruditatis ventriculi causam esse dicit,q̄ exigere vt doceat, quo modo ex naturali colore consecutus, vt concoqueret ventriculus,sit. An igitur huic,qui colori cruditatis causam imputat,fides non adhibebitur ante,quàm doceat etiam hoc nomine agere ventriculum,tu,cum vel tenuium meatuum symmetriæ vitio,vel alij cuipiam hanc ascribas,credi tibi postulabis prius,q̄ doceas,quo pacto ex symmetria in illo genere agat? At non hoc aio,inquit,nec aliud quicq̄ esse concoctionis continentem causam,sed prorsus id ignorare me fateor. Atqui,si ei, qui colori actionis causam tribuit,necesse est etiam,eidem læsionem actionis imputet: qui vero tenuium meatuum symmetriam actio B nis causam dicit,etiam horum ipsorum à iusto modo recessum, eandem vitiare fateatur: tum,qui temperamento quatuor qualitatū, caloris,frigoris,humoris,& siccitatis,actionis causam assignat, etiam eorundem ipsorum intemperiei offensam eius ascribat, vticq; & tibi necesse erit eo, quod secundum naturam est,prius præsumpto,ita,quod præter naturā est,inquirere: aut,si ipsum,quod secundum naturam est,non nosti,nec,quod egressum à natura est, nosti. Etenim vos etiam ipsos audio contra Empiricos dicere,fieri non posse,vt,qui id,quod secundum naturam sit, non norit, dignoscere id,quod præter naturam sit,possit. At nosco,inquit,quod secūdum naturam se habet. Quæro, totum'ne, an partē eius aliquam? Atq; pars ipsa,quam nosti,est'ne actionis ipsius causa, an ventriculo ineſt ociosè? Nam quid demum eius nosti? litum videlicet,& magnitudinem,& cō textum,& figuram? At nihil horum actionis est causa. Sed nec Empiricos horum quicquā latet: quippe qui & se partium dissectione,cum occasio hanc offert,vti fatentur, & ex illa se hæc intelligere,non tm̄ actiones vsusq; particularum. At noui,inquit,& actionem. Est enim circumplexus & attritio. At,nisi causam eius noueris,nec morbum intellexeris. Nam,si quatuor qualitatum mediocris temperies,actionis sit causa,earū intemperies omnino vitij causa erit. Tu vero reris phlegmonen, & scirrhum,& œdema,& absessum,aliaq;,quæ oculis vsurpari possunt,solos esse ventri C culi morbos,quamuis ne hæc ipsa quidem,veluti Empirici,solis oculis,manibus,& reliquis sensibus apprehendas: sed ad ipsam essentiam eorum tentas ascendere,atq; hanc diligenter disquirere, videlicet non contentus ijs symptomatis, quæ sensui apparent. Quæ tm̄ symptomata Empiricis definiunt,ac circunscribunt suam syndromen. Sic enim ipsi appellandam censent symptomatum congeriem,quæ in affecto sunt loco. Sed nec curationis indicationem ex apparētibus symptomatis accipis. Non enim,an tumor præter naturam,nec,an renitēs,nec,an cum dolore,nec,an ruber, sed,an sit in finibus arteriarum impactio ex coincidentia, consideras, ac curationem(vt ipse fateris)ad hoc referens exploras. An non ea est Eraſistrati docendi ratio, vbi de febribus agit? sicuti rursus alia Dioclis,alia Praxagoræ,alia Asclepiadis? Itaq; non à symptomatis, quæ in phlegmones apparent loco,indicatio præsidij his sumitur,sed ab ipsa substantia. Neq; enim,an tumor à natura egressus,neq;,an renitentia,neq;, an dolor pulsatilis,sed, an & coincidentia,& impactio in fi- * arteriarum, nibus pulsatilium,aut obstructio in exitu venarum,aut putredo aliqua succorum, aut corpusculorum ratione cōtemplabilium,in laxitatibus æque ratione speculabilibus intentio sit,æstimant. Quare hi omnes ab affectu phlegmone laborantis partis,non à symptomatis, quæ hanc sequuntur,præsidiorum indicationem sumunt. Ad eundem,arbitror,modum, & siquis calidum,frigidū D humidum,& siccum causatur. Verum hic,etiam si ventriculus citra phlegmonen, aut vlcus, aut absessum,aut alia id genus,eo tantum, q̄ frigidior euaserit, non recte cōcoquat,tamen remedijs non destituitur. At,qui phlegmonas,scirrhos,aliaq;,quæ oculis videre licet, tantum esse morbos putant,ridicule planè cruditates,quæ sine ijs fiunt,ex imbecillitate ventriculi incidere dicunt,ceu affectum aliquem priuatum seiunctumq; imbecillitatem esse velint, non autem,velut in suppurantibus,aut scirrho grauatis,aut phlegmone affectis,aut alia quauis ratione laborantibus,ineſſe. Quippe omnia hæc vitia,siue in ventriculo, siue in iecinore, siue in pectore, siue in alio quouis accidant,illico partem,in qua sunt, ad propriam functionem edendam imbecilliorem reddunt. Sed id non satis illis erat ad indicāda remedia: alioqui frustra inquirūt affectus, frustraq; ad ipsam morbi essentiam subeunt, tanquam non aliter detur idonei compotes esse remedij. Non igitur, * πάθος qui imbecillitatem vitium esse dicunt, vbi nullo ex ijs, quæ ipsi morbos definiunt, affecto ven- * πάθη triculo animal cruditate laborat,ij,dum à nobis refellātur,expectant,sed ipsi seipsos redarguunt, cum non proprium aliquod,sed commune omnium dicant,quodq; nec illis ipsis iudicibus,remedium inuentionem indicare facile possit. Quippe illud,roborare imbecillitatem, nomen nudiorum inuentionem indicare facile possit. Quippe illud,roborare imbecillitatem, nomen nudum,ac veluti meta potius est,quò curans dirigit,non curatio. Nam quid faciendo ijs, qui inualidum,ac veluti meta potius est,quò curans dirigit,non curatio. Nam quid faciendo ijs, qui inualidi ad actionem sunt,robur vindices, non dicunt. At in hoc curatio consistebat,& nisi ventriculi ad actionem sunt,robur vindices, non dicunt. At in hoc curatio consistebat,& nisi ventriculi

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

affectu inuento, vt remediorum ſis compos, fieri non poteſt. Quippe, ſi refrixit, calfaciendus eſt: ſi E
humentior eſt effectus, ſiccandus eſt: pari modo, ſi immodice incaluit, refrigerandus eſt: ſi ſiccatus,
humectandus eſt. Atq; hæ quatuor ſimplices curationis rationes ſunt. Alteræ quatuor compoſi-
tæ ſunt. Si frigidiore ac ſicciore temperamento redditus ventriculus eſt, calfaciendus ſimul hume
ctandusq; eſt. Sin humidior & calidior iuſto euaſit, ſiccandus ac refrigerandus eſt. Parí modo, ſi ca
lidior ac ſiccior eſt effectus, tum refrigerandus, tum humectãdus eſt. Sin humidior ac frigidior, q̃
pro natura eſt, ſiccandus ac calfaciendus eſt. † {Quare octo tũ ventriculi ipſius affectus ſunt, quas
illi imbecillitates dicunt: } tum octo medendi rationes.

† In antiqs legitur, vt Linacer vertit. Ex ípreſſis tũ ita verti poteſt. quare & octo ſunt ipſius ventriculi affectus, q̃ ſunt cauſæ ipſius (vt ipſi dicunt) imbecillitatis.

Aduerſus eos medicos, qui naturalis actionis cauſam negarunt inquirendam, vt methodus dignoſcendi & curandi morbi conſtitueretur. C.AP. 5.

NEc, ſicut Empiricis, ſic vlli dogmatizantium dicere licet, ſint hęc, an non ſint, nihil eſſe opus intelligere. Funditus nanq; logicam ſectam ſubuertent, ſi ignorato affectu, curationis tamẽ facultatem abunde ſibi ſupereſſe dicant. Etenim ab vſu ipſo omnes, quomodo curandum ſit, intelligent, ſi ab ipſius rei natura indicationem nõ ſument. Ac Empirici quidem, et q̃ inuenire poſſe non putent quicquam eorum, quæ abſtruſa ſunt, & q̃ id etiam, ſi inuentum ſit, non deſiderent, (quippe obſeruatas à ſe eſſe curationes in apparentibus concurſibus) merito nec ſcire ſe, an octo F
affectus ſint, quibus ventriculus imbecillus fit, aiũt, & citra eiuſmodi ſuperuacuam moroſitatem remedijs ſe abundare. Qui vero & rationem ſe habere profitentur, cuius ope etiam abſtruſa inquirant, & ipſorum inuentionem præſidiorum præſtare indicationem dicunt, hos quomodo nõ pudeat dicere, aut non noſſe ſe, an octo affectus ſint, aut eos ad medendum ſe non requirere? Neq; enim id tantum dicere ſatis eſt, non noſſe ſe, ſed refellere par eſt eos, qui ſe ſcire affirmãt, ceu parum vera profeſſos. Quoad vero nec ipſi id faciunt, alijq; non pauci demonſtrationis fide confirmant omne corpus pro certo quatuor qualitatum temperamento opus ſuum edere, rationabilius eſt illis accedere: niſi forte, qui nuda afferunt verba, plus ſibi credi poſtulabũt, quàm qui cum demonſtrationum fide loquuntur. Atqui illi, ſi non aliud, ſaltem ſuadere ac docere auditorem ſtudent, non cogere iubereq; : Hi totum contra, tyrannorum ritu iubent, ne quæramus actionis cauſam. Verum nos hoc nomine Dionyſium, Phalarim, cæteroſq; tyrãnos odio proſequimur, quòd iubent imperantq;, non ſuadent, ac docent, ſicut Solon, Draco, & Lycurgus. At, inquit, ego intra limites artis maneo: vos & ab ijs exceditis, & ad naturalis philoſophiæ principia nos reducere conamini. An igitur homo lepidiſſime, ne hoc quidem ipſum demonſtrabis, qui nam videlicet medicinæ artis ſint limites, quæq; nouiſſe expediat ei, qui ratione, remediorum inuentionem mo G
lietur, ſed terrifico vultu tuo nos reddere attonitos putas? Audio quidem & te illud dicere, non oportere actionis inquiri cauſam. Audio & Empiricos dicere, nec actiones ipſas eſſe conſiderandas. Audio non minus illum, qui dicit, non tantum has eſſe æſtimandas, ſed etiam cauſas, vnde naſcantur, quęrendas. Num igitur ex eo eſſe me iniquorum iudicum numero iubes, qui prius, q̃ omnes, qui inter ſe diſſideant, audierint, vni ſtatim ferũt ſuffragium? An primum, quæ veſtrũ quiſq; dicat, ſeorſum audire vis, deín conferre, atq; perpendere, quis tum ſibi, tum apparentibus conſentiat: quis rurſus nec ſecum, nec cum ijs, quæ apparẽt? Atqui, ſi ita faciam, Empiricos audiam, etſi, quæ dicunt, ſtabiliter non demonſtrent, ſaltem ea lenire conãtes. Vos ne id quidem facitis. Nam ſanè libenter audierim, quis veſtrum vel lenímen aliquod, vel demonſtrationem aliquam afferre ſit conatus, cur actionis cauſam inquiri non expediat. Quæ enim à me methodus ſupra eſt poſita, inquirendam eſſe demonſtrauit. Vos, q̃ inquirenda non ſit, nec demonſtrationem vllam, nec rationẽ vllam probabilẽ afferre conamini, ſed tm̃ elato ſupercilio tetrice nos obiurgatis, abſcedere à ſumma phyſiologia iubentes, nec ſic quærere hominis naturã intelligere, vt philoſophi faciunt, qui ad prima vſq; elementa ratione aſcendunt. Illud quoq; vobis vel dixiſſe tantum ſatis videtur, nempe arteriam, & venã, & neruum, principia continentia, & veluti elementa eius phyſiologiæ, H
quæ de homine inſtituitur, ponenda eſſe. In quo quidam Herophilum laudauit, q̃ ita ad verbum dixerit: Eſto hæc prima eſſe, tametſi prima non ſint. Sed, qui ad demõſtrationem prouocat, ac hypotheſes iſtorũ, qui ſic opinantur, pugnare ſecum oſtendit, hunc auerſamini ac fugitis, prorſusq; non auditis, & contemnere ſimulatis, ibiq; rationem faſtiditis, ijdem ſcilicet, qui contra Empiricos rationem demonſtrationemq; extollitis. Nam, q̃ ſecum diſſideant rationes omnium, qui vel ex dimidio dogmatizant, etiam ijs, qui tenuiter in demonſtrandi methodo ſunt exercitati, facile perſpicere licet. Cũ enim phlegmone ventriculus laborat, atq; inde adeo concoquere non valet, quænam phlegmones cauſa ſit, quærendum cenſent, atq; inde præſidiorum copiam coniectant ſpreta Empiricorum inuentione. Cum vero citra phlegmonen, aliud ue id genus vitium, ſolius intemperantiæ culpa concoquere non valet, hic rurſus auxiliorum facultatem ab experientia petunt. Atqui hæc ſecum non conueniunt, cum Empiricorum opinio ſibi conſtet, præterea demonſtret efficiatq;, quod volunt, ex ijs, quæ vos ipſi nõ inficiamini, lemmatis. Quippe, ſi fieri vllo modo poteſt, vt ex ijs, quæ apparent, ſymptomatis curandi ratio coniectetur ignorato affectu, vtiq; non hic poſsibile, in alio fuerit parum poſſibile, ſed æque in omnibus poſſibile erit. Ergo ne hoc quidem loco rationem vllam afferre poteritis, quo minus, vbi affectum explorare nequitis, ex-

A perientia ipſa ſatis ſit ad remediorum inuentionem. Omnia igitur tyrannorum ritu imperatis: vti vero demonſtratione nec ipſi vultis, (præſtat enim ita forſaſſe dicere, quàm nõ poſſe vos) nec ijs, qui vti tum volunt, tum poſſunt, accedítis. Itaq; quid aliud ſunt diſceptationes veſtræ, quàm lites, & contentio, & prouocatio ad conuitia, & pugnas? cuiuſmodi præceptorum veſtrorum quidam perpetuo exercuit, aut irridens, ſi quis calidi, vel frigidi mentionem faceret, tanquã balneatoribus magis, q̃ medicis ea nomina conuenirent: aut vehementer increpans quaſi longiſsime à medendi arte digreſſum: aut Eraſiſtrati grauem illam authoritatem obijciens. Verum hæc, vt primo auditu oblectabant, ita, cum ſecundo & tertio audiui, moleſta ſanè fuerũt, ceu ſcurris, quàm medicis magis congrua. Si enim ſemel authoritas eorum, qui vltra non eſſe procedendum iubent, legitimus teſtis eſſe ad demonſtrationem putabitur, omnia iam meræ nugæ erunt, nec finis in diſputatione vllus, niſi, qui nunc viſitur, inimicitia, pugna, conuitium. Quippe, qui à logicis demonſtrationibus digreſſi, credi quippiam cenſent propterea, q̃ Herophilus, aut Eraſiſtratus ita iuſſit, hos neceſſe eſt omnis generis conuitia pugnasq; ſequi, admiranda ſcilicet diſputationum, quæ nunc habentur, præmia. Fingamus enim, alius dicat, huic, qui cõmode non concoquat, ventriculum frigidam & ſiccam intemperiem contraxiſſe, proindeq; humectãdum, ac calfaciendum eſſe: Alius,
B q̃ naturalis eius habitus mutatus ad frigidius, & humidius ſit, calidum ſiccumq; victum adhibendum ſuadeat: Tertius autem quiſpiam accedens, q̃, quæ comprehenſa ſunt, non recte ſint dicta, id ne tentet quidem oſtendere, ſed tantum eos, qui dixerint, obiurget, quaſi ſuperflua ſcrutentur, & teſtes adhibeat Eraſiſtratum, vel Herophilum, non ne (vt dixi) diſſidij hinc mutuiq; conuitij initium excitabitur? Quippe illos contra neceſſe eſt Athenæum, & Mneſitheum, & Dioclem, & Pliſtonicum, & Hippocratem, & Philiſtionem, & ſexcentos alios tales opponere teſtes. Si enim teſtibus decidenda lis erit, non modico hi vincent. Nam, q̃ tum inſalubris intemperamẽti plures ſint ſpecies, tum cuiuſq; earum diuerſa curatio, vbi non Hippocratis modo, & plurimorum aliorum medicorum, ſed etiam Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti, Zenonis, Chryſippi, & omnium illuſtrium philoſophorum teſtimonio comprobarint, vtiq;, & q̃ citra naturam corporis exacte inuentam fieri nequeat, vt vel de morborum differentia quicquam inuenias, vel auxiliorum conuenientium copiæ ſis compos, ijſdem ipſis tum philoſophis, tum medicis confirmabunt, hiſq; non tyrannorum ritu, ſicut iſti, iubentibus, ſed euidenti ratione probantibus. Contra hęc igitur, qui calidum, & frigidum, balneatorum, non medicorum dicunt eſſe vocabula, dicteriſs videlicet vtentur, & riſus mouebunt, moriones, phrygas, aut ſcholaſticos narrantes. Quippe cõſciſ ſibi ſunt nõ
C modo nihil demonſtratione confirmatum ſcire, ſed nec, quid demum demõſtratio ſit, intelligere. Ergo ex his dicteriſs neceſſe eſt, oriatur diſſidij initium. Vt enim primum omnium memorem, quæ nugantes ſine demonſtratione dicere non dubitant, cõſidera, quo pacto neceſſe ſit ex eo pugnam ſubſequi. Nam, vbi contra dicta eorum nuda, & demonſtrationis expertia, ac contra teſtes ipſos, quibus credendum cenſent, alij tum celebriores, tum longe plures teſtes opponunt, neceſſe eſt, vel cedere, vinciq; victoq; nomine, & q̃ demonſtrare recuſarunt, & q̃ numero teſtium ſint impares: vel perfricta fronte Eraſiſtratum omnibus illis teſtibus dicere maioris eſſe fidei. Siquidem hic neceſſum eſt alterum negare eſſe maioris fidei aut Hippocrate, & Mneſithæo medicis, aut Ariſtotele, & Platone philoſophis: alterum eſſe maioris fidei inſtare: deinde varie vltro citro tam immodeſta, contentioſaq; contradictione iactata alterum eorum impelli, vt dicat † {non eſſe, alterum bene ſanè, ſi tu Eraſiſtratum in ordinem redigas. } Hæc enim quotidie fieri in medicorum diſputationibus, ò Hiero, vides. Ea vero ſemel data porta, omnia iam mulierciularum verba ingeruntur: &, cum mutuis ſe maledictis aſperſerint, inutiliter amiſſo tempore diſcedunt. Atque hanc turpitudinem, non eſt, q̃ dicat aliquis non eſſe ab ijs, qui demonſtrationem fugiunt, inceptam. Fugiunt autem multifariam, vt ſcis: alij cum grauitate tantum increpantes: alij ſcurrile aliquid com-
D menti: alij in riſum ſannasq; diſceptatione abrepta. Quòd ſiquis ſermoni ſtare, demõſtrationesq; audire audet, primum quidem omnino non intelligit: neq; enim poteſt, qui demonſtratiuæ methodi ſit imperitus, eos, qui ipſa vtuntur, intelligere. Quòd ſi aliquatenus intelligit, at, q̃ dogma ſuum, in quo eſt innutritus, propugnare omnino decreuit, contra tendere aggreſſus, deín deprehenſus, quæ nec rite cludant, nec colligant, ſed vana nugacia q; ſint, dicere, iraſcitur, & deuouet Dialecticos, ceu malorum authores, q̃ videlicet pituitam à naribus ipſorum detergent, ipſiſq; me deri conantur adhibitis ſcilicet non melle, & placentis, ſed allijs, & cæpis, quæ etiam pituita tentatos gallinaceos ſanare ſolent. Quippe millies aſſuiſti ijs, cũ à diuerſe cludentibus argumentis non aliter, q̃ ab ipſo allio, & cæpis cogerentur lachrymari. Nec te profectò latet multos ſæpe nobis pri uatim faſſos, ſentire iam ſe ſuam ſectam, q̃ ſit abſurda, nec tm̃ hanc poſſe publice mutare, cum alioqui nec alia noſſent, vnde haberentur in pretio, & iam vulgo propter hæc & noti, & in pretio forent. Itaq; ob hæc ipſe quoq; ſæpius diſtuli commentarios de medendi methodo ſcribere, pro cõperto planè habens pauciſsimos huius tempeſtatis ab ijs adiutum iri. Etenim, niſi magna quępiã miraq; mutatio humanarum rerum fiat, actum de bonis ſtudijs eſt, vtpote confuſis ac corruptis nemine veritatẽ ipſam, ſed tm̃ ſcientiæ famã quærente. Optime.n. profectò ſcis ne quinq; quidẽ vsq̃ inueniſſe nos, qui eſſe potius, q̃ videri docti cuperẽt. Atqui, niſi quis ſapientiã ipſam propter

* ναυωδους .i. morboſi, vt ipſe alias vertit.

† Aſſ. nõ tibi ſane ita bñ erit, ſi Eraſiſtratũ negligas.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

seipsam expetat,ne tempus quidem vllum inueniet, quo se in Logica methodo exerceat, immo E
diuitijs,& famæ,& potentiæ ciuili inhians,in horum ambitu vitam omnem consumet.

Aduersus eos,qui morbos à sola plerunq; intemperie fieri negarunt : & quot sint prima morborum genera,quæ in similaribus,& instrumentalibus partibus oriuntur. CAP. 6.

ERgo dimissis his,rursus ad propositum redeamus. Est autem ab initio propositum illud, qui omnem morborum numerum methodo non inuenerit, hunc maxime in ipsis medendi methodi foribus lapsurum:cum constet totidem esse medendi rationes, quot sint morborum ideæ. Ergo sic in enumerandis morbis egisse,vt neq; priuatis proprietatibus attentus infinitos statuat, nec in primis statim generibus subsistat,id in promptu cuiq; non est,sed ei tantum, sicut antea dictum est,qui in diuidendi methodis sit exercitatissimus. Principium vero diuisionis eorum est, vt etiam aliubi diximus,vt essentiæ ratio rei diuidendæ constituatur. Igitur illud monstratum nobis est,morbum omnino vnum ex ijs esse,quæ præter naturam sint. Hæc aũt quatuor cum sint,actio offensa:affectus,vnde actio prouenit:affectus ipsius causa:& quæ hunc subsequuntur symptomata:siue functionem ipsam vitiatam,siue,vnde hæc prouenit,affectum, morbum nominare velis, nihil id medendi methodum immutare ostensum est:modo vnum illud intelligatur, primã ipsam curationem,quam etiam non nulli cõtinentem appellant,affectus esse,qui actioni incommodat. F
Porrò ostensum à nobis diximus, rationabilius hunc morbum appellari, non tamen vetare nos, quin,sicuti id cordi sit,actionis noxam morbum nominet:affectum,qui hãc creet, morbi causam. Præsumpto igitur, q morbus vocetur affectus is præter naturam, qui functioni officiat, inquisiuimus deinceps,quot in vniuersum morbi essent. Vbi clarum obiter fecimus, siquis via ordineq; processurus sit,nec(sicut vulgus medicorum facit)tyranni ritu imperaturus, huic primum inueniendum esse affectum illum,qui functionis effectrix sit causa. Hunc sanè nos eucrasian diximus esse calidi,frigidi,humidi,ac sicci. Proindeq; primum morbũ in similaribus esse ex horum intemperie ostendimus. Alius quispiã corpusculorũ,& meatuum symmetriã statuet, propterea q; ex indebito meatuum ipsorum modo ægrotare animantes. Cæterum, siquis nec ipse actionis causam, in quonam entium sit genere,audebit statuere,nec ijs,qui statuunt,cõtradicet,ac nihilo secius tamen ratione methodoq; se procedere arbitrabitur,hunc egregie improbum esse diximus, vt qui nec tutum se ab Empiricorum accusatione facere possit,et secum planè pugnet,quippe eiusmodi homines ex dimidio logicos esse,qui,qua ratione phlegmone, scirrhus, œdema, & alia id genus fiant,multo labore disquirunt,lædi autem etiam citra hęc omnia ex sola intemperie actionem nõ intelligunt,sed empirice talia curant. Quisquis igitur,quantum hi aberrent scire volet, tum quot G
morbos transiliant,quantoq; plures ignorent,q̃ norint,librum de morborum differentijs perlegat. Intelliget enim Hippocratem primum omnium recta institisse via, Quæ cum à posteris absoluenda fuerat,non modo nemo eorum absoluit,sed plerisq; etiam,quæ probe fuere inuenta,corruperunt. Proxime autem,vt viam,quę inchoata est ab eo,perficerent absoluerentq;, Aristoteles,& Theophrastus accesserũt:&,si fateri verum oportet,potestate absoluerunt: cũ constituerint aliud esse in corporibus similaribus morbi genus,aliud in ijs,quæ instrumentalia dicantur: Quippe à similaribus functiones edi,eoq; esse cuiusq; instrumenti vnam tantũ similarem: Reliquas vero,quę cum hac quoduis instrumẽtum perficiunt,eas vsus alicuius gratia, illius, quæ prima erat,actionis causa factas esse:Sed & horum tamen rursus cuiusq; esse per se actionem, veluti in oculis. Satius enim fortasis sit,quæ in alijs diffuse ostẽdimus,strictim hic commemoremus. Ipsum visus instrumentum est crystallinus humor:reliquæ oculi partes,eius causa sunt factæ. Quarum omniũ vsus nactauimus in decimo operis de partium vtilitate libro. Cæterum,quanquam crystallini maxime causa omnes sunt factæ,singulæ tamen earum aliquam seorsum actionem sunt nactę;ac vena quidem,& arteria,& neruus toti animanti communem. Membranulæ oculi omnes,cum sint nutrimenti participes,omnino naturalibus facultatibus sunt præditæ, ac perinde etiam functionibus, H
quæ ab his proficiscuntur. Quoties igitur crystallinus humor ex intemperie laborat, omnino læditur oculorum functio:cæterum non est eorum,vt organa sunt, morbus. At, quod hypochyma vocant,nullius similarium est morbus,sed oculi totius,vt instrumenti. Ad eundem modum, si in finibus venarum,quæ in cauo iecinoris habentur,obstructio ex lentis, aut crassis succis subhæsit, digestio quidem in corpus per has morabitur, ægritudo tamen totius iecinoris, ceu instrumenti censebitur nulla similarium eius partium ægrotante. Quòd si intemperies venas eius infestauerit,ipsarum quidem illarum morbus primum erit,ex accidente vero etiam iecinoris. Ac Erasistratus quidem in phlegmones substantia tradenda est lapsus,cum nec in particulis,quæ phlegmone laborant,in finibus pulsatilium impactio necessario cernatur, nec arteriæ spiritum tantum, cum * arteriarum.
in naturali habitu sunt,contineant:veluti in tractatione de his ostendimus. Si igitur phlegmone eius generis morbus sit,cuius autumat,& scirrhus eius generis,cuius ille opinatur,et reliquorum singuli,sicut ipse obscure,& multi sequaces eius clarius explicare conantur,vtiq; solidas ipsas partes liberas propemodum à morbis relinquit, nisi quatenus vlcerari, collidi,incidiq; valeant, atq; id genus aliud quippiam pati. Laborare vero eas se totis,eiusmodi morbis,quales nos octo intemperantias ostendimus,id nusquam dicit. Atqui corpora vniuersa, etiam quæ difficillime afficiuntur,

A tur,veluti æs,lapis,ferrum,saltem calfieri, frigefieri, siccari, humescereq; cernuntur, vt vtique mirum sit,si tantum arteria,& vena,& neruus,nihil eiusmodi sentiẽt. Atq; hoc etiam magis mirum, si patientur quidem,functionem tamen legitimam edent.veluti (si ita fors tulit) in corde facultas quædam est,(vt ipse quoq; Erasistratus confirmat) qua laxatur,& contrahitur. Hanc autem lædi profectò oportet,si viuenti animali cor sit exemptum, quemadmodum sæpe factum in sacrificijs videmus. Quippe,si non læditur,perpetuo mouebitur,nec tantum ad tempus aliquod, vt nunc cernitur. Manifestum est igitur læsam esse, proindeq; mouere desinere. Illud igitur consideratu non inutile erat,cum potest saltem facultas ea lædi,etiam ante,quàm cor sit exemptum, quænam sit eius læsio. quænam alia,præter intemperiem? Nam neq; figura eius mutata apparet,nec cauitas,nec ligamentum,nec osculum,nec alia vlla pars perdita,sed tantum naturalis temperies mutata. Ergo omnes hi similarium partium morbi omnino,vt dictũ est,ab illo sunt omissi. Siquidem, vbi sanguis in finibus arteriarum impactus actionem vitiat,id arterias ipsas,quatenus instrumenta sunt,male habet. Vt vero similares particulæ sunt,octo quidem secundum nudas qualitates intemperies habent,octoq; rursus cum fluxione. Oportet igitur,quisquis horum cum certa scientia demonstrationes cœpisse velit,à libro de elementis incipiat: post deinde reliquos singillatim (vt
B dictum est)legat. Sunt vero proximi huic commentarij de temperamentis. Ab ijs proximus est, qui de inæquali intemperie inscribitur. Mox, qui de naturalibus facultatibus. Alijq;, qui de animæ affectibus sunt proditi:idq; de vnoquoq; deinceps,& seorsum. Hos excipiunt,qui de particularum vsu sunt inscripti:quos sequuntur,qui de morborum,symptomatumq; differentijs titulum habent. Plerique vero medicorum,nec tantum experientiæ applicantes animum (cum tamen liceret ex Empiricorum institutione bonis esse medicis)& perfectioris rationis cupidi, cum aut ijs, quæ citra demonstrationem sunt enunciata, credant, aut vitiosis demonstrationibus fallantur, non solum nihil excogitant boni,sed etiam,quæ per experientiam sunt cognita,corrumpunt. Siquidem ratio non leue momentum obtinet ad experientiam vel ornandam,vel corrumpendam: sed,quantum recta ratio ornando adijcit,tantum,vel etiam amplius,vitiosa detrahit. Atque hæc me sæpe medicorum vulgo prædicantem audis,qui prius,quàm in methodis Logicis se exercuerint,vel,cum demonstrare aliquid tentant,seipsos fallunt:vel,cum diuidere quiduis in species, ac differentias,hic quoque imperitorum coquorum ritu non per membra incidunt,sed conterunt, collidunt,ac dilaniant,veluti in eo,quod nunc est propositum. Consulo igitur(vt scis)talibus omnibus,experientiæ animum intendant:cum non leue instet periculum ijs,qui supra vires aliquid
C moliuntur,ne & id non consequantur, &, quæ intelligere aliàs possent, omnino amittant. Ergo cum ijs,qui tum recto sunt ingenio, tum discere parati, ipsi rursus sermonem conferamus, illud tantum ex ijs,quæ inter initia diximus,commonentes,non esse committendum, vt vtraq; simul confundantur,misceanturq;, & quæ per experientiam sunt inuestigata,sed cum vtrunq; seorsum sit tractatum,post ambo coniungantur. Ergo, cum ipsi de experimentali inuẽtione alibi egerimus,de logica in his commentarijs disserere proposuimus. At mihi videor ijs præsertim,qui commentarios nostros de morborum symptomatumq; differentijs perlegerunt,cum quibus scilicet mihi deinceps sermo erit,iam clare ostendisse maxime in ipsis statim foribus lapsum Thessalum esse. Lapsus enim non leui lapsu & Asclepiades erat,vbi inter initia de elementis corporis male sensit: Cæterum multo & maiore & grauiore Thessalus, quippe qui omnes in victus ratione morbos in duos, similiter illi, cõtulit affectus,multos vero medicinalium scoporum ademit,quibus ille est vsus. Pessimum autem grauissimumq; illud admisit, quòd nec ipsas actionum noxas,nec affectus,qui earum causæ sunt,morbos censet,sed solis vacationibus,vel statis,vel præcipitatis intentos esse vult,cum nec,quid sit plus iusto sisti præcipitari ue vacuationem,clare nos doceat. Quippe vel ad vires,vel ad causam, vel ad affectum, vel ad id, quod
D per sanitatem semper est obseruatum,referri iudicium oportet. Ex quo factum arbitror, vt pugna inter eius sequaces non parua sit orta, vt qui tum de reliquis omnibus inter se dissideant,tum de eorum,quæ pathe vocant,& notione,& substistentia. Verum,si nunc de pugna eorum historiam moueam,deflectam ad inutilia sermonem. Omnem igitur deinceps sermonem faciam,ceu cum illis agam,qui commentarios de morborum ac symptomatum differentijs, præterea de causis eorum legerint:ad hæc,qui ea omnia,quorum pauloante memini, reuoluerint. Atque hinc ordiar. Quoniam actiones omnes à similaribus corporibus proficisci ostendimus,reliquas vero omnes singulorum instrumentorum particulas vsum quempiam ipsis præbere,duplex sanè morborum genus erit,alterum in partibus similaribus,alterum in totis organis. In similaribus intemperantiæ:in totis organis vnum in figura spectatur,aliud in particularum numero, aliud in cuiusque quantitate obseruatur,quartum in positura. Vtrarunque vero partium, id est similarium instrumentaliumq;, communis est ipsa vnitatis diuisio. Ergo sex in vniuersum morborum sunt genera. Vnum ipsorum similarium proprium,nempe intemperies:quatuor,ut modo dictum est, instrumentorum cuiusq;:& cum his sextum,quod tum similaribus,tum instrumentalibus est commune,ipsius unitatis solutio. Horum cuiusq; differentiæ ad ultimas usq; species in libro de morborum differentia sunt traditæ.

* Al. secta

Quid

Quid sit indicatio,& quo pacto ex intellectione eorum,quæ multitudine differunt, ac specie vnum sunt, methodus communis indicationis oriatur de affectibus passionibusq; ac symptomatis amouendis. CAP. 7.

HIs sic se habentibus,iam de medendi idicationibus est dicẽdum, sed hoc ipso indicationis vocabulo prius exposito.† Quippe ipsam sequentis,siue agẽdi insinuationem, indicationẽ dicimus.Nam inuenitur quidẽ & ab ipsa experiẽtia id,quod consequens faciendum úe sit, cęterũ nõ ita, quasi in precedenti aliquo designatum. proindeq; nemo Empiricorũ dicit id isto indicari: quanq; certe hoc sequi illud dicunt,& hoc precedere illud,& consistere hoc cum illo. Denicq oẽm artem horum obseruationem memoriamq; esse dicunt, nempe quid cum quo, & quid à quo, & quid post quid identidẽ sit visum. Ergo ex ipsa rei natura ordiri,atq; ab ipsa,quod sequens sit,citra experientiam inuenire,id est indicatione inuenire. Definito iam hoc quoq;,ac rursus, quod ante diximus,ad memoriam reuocato,omnem medendi methodum seiunctam ab experientia procedere,nec recte facere eos,qui ambas doctrinas Empiricam,Logicamq; in vnum cogunt,atq; confundunt,quæ reliqua sunt,prosequamur.Fuerit autem omnium,quæ reliqua sunt,ordine primũ, quod & proposita iam proxime sequitur.Sequitur autem primum,ac maxime illud, q omnis medendi methodus,per indicationem fit.Quippe, quicquid ab experientia seiunctum est, id totum indicatio nominatur. Quare,quisquis condere medendi methodum ad vnguem parat, huic à primis est indicationibus auspicandum,atq; hinc ad eas,quæ deinceps sunt,trãseundum, rursusq; ab his ad proximas.Itaq; pergenti,non prius desistendum,quàm ipsius compos sit finis. Porrò finis propositæ nunc nobis tractationis est,inuenire cuiusque morbi remedia. Quod nam igitur viæ, quæ huc perducit,statuetur principium? Nempe morbi ipsius cognitio, qualis scilicet is natura sit:vt prius est ostensum. Quippe, si id,quod curatur,is est,ratio profectò est ab ipso quoq; indicationes esse incipiendas.Ergo primum,quæ generalis communisq; morborum omnium indicatio sit,inuestigandum est:ab hac deinde ad alias speciatim descendendum.Quippe necesse est omnes morbos vnius eiusdemq; participatione morbos appellari,veluti,arbitror,& hominem, & bouẽ, & canem,& reliquorum singula.Vnum nanq; idemq; in omnibus hominibus habetur,cuius gratia omnes eandem appellationem homínis sortimur.Pari modo canibus vnum idemq; omnibus ineſt,cui cogitatione innitimur,cum canem intelligere volumus. Similiterq; in omnibus equis vnum idemq; ineſt,propter quod omnes equi dicuntur.In homonymis autem hoc clarius perspicere licet.Nam omnibus quadrupedibus animalibus,quæ latrant,vnum idemq; ineſt,vticq; quòd & quadrupedia sunt,& latrabilia.At marinis illis rapacibus belluis,quas ipsas quoq; canes appellamus,vnum rursus idemq; ineſt,quod terrestribus non est,ita, vt his cum illis in canum natura nulla sit,nisi tantum nominis,conuenientia.At hominis cum homine, veluti Socratis cum Alcibiade,non nominis modo,verumetiam eorum,quę ijs insunt,societas est.Nam & animalia, & bipedes,& pedestres,& rationales,& mortales sunt:denicq nihil vlli singularium hominum,qua homo est,ineſse deprehendas,quod non & reliquis hominibus insit.Cæterum terrestribus canibus, ab ijs,qui sunt marini,multa insunt diuersa,seu corporis spectes formam,seu animi mores. Quippe ille cicur est,hominisq; amans:hic insidiator, & ferus: Ille terrestris, hic marinus: Ille quadrupes,hic nõn.Rursus,ille latrabilis,hic ad latrandum minime habilis. At non terrestrium canum hic latrabilis est,ille non:nec rursus hic quadrupes,alter nõ quadrupes, sed omnibus ipsis vna forma ineſt,qua canes nominantur.Nec vero substantijs modo id ineſse videtur, verumetiam ipsis accidentibus,vel vt affectus sunt,vel vt actiones,vel vt passiones. Verbi gratia, homo inambulãs ab homine inambulãte nihil differt secundum ipsam inambulationem, sed nec vstus ab vsto, nec cæsus à cæso,nec albus ab albo,nec niger à nigro. Verum in maioris minorisq; ratione singuli horum non paruam obtinent differentiam, veluti magis minus úe albus. Verum quatenus albus, vnum idemq; cum altero albo possidet,ita nimirum,vt, qua homo est,vnũ idemq; cum alio quolibet est hoïe.Et in singulis denicq significatorũ vnum idem oïbus ineſt. Ita igitur & ipsum ægrotare, & valere se habent.Illud.n.ægrotantibus oïbus ineſt,hoc valentibus,vticq; vnum idemq; vtrũq;. Et,veluti nomine hominis vnum,ita et nomine sanitatis unum significatur.Declarat aũt & quotidianus inter nos sermo,q,in quibus homonymia non est,in his unum est,quod significatur. Si enim dicat quispiam uulneratum sibi esse lapide caput,nemini,qui audiat,sermo est obscurus, aut ambiguus,sicut est,cum dicitur deuoratum esse à cane Coriscum.Siquidem à quo cane,statim rogabit auditor,propterea uidelicet,q duo sunt canum genera, terrestre alterum: alterũ marinum. At non,quo lapide,aut quod caput,rogabit:cum & omnis lapidis,qua lapis est, una species sit, & omnis capitis,qua caput.Canis uero,ut canis,sanè non unà, sicut nec linguæ,qua lingua: quando & tibiæ,& calceamenti,& animantis pars lingua est. Ac,siquem audias ministro iubentem, ut linguam afferat,incertum est,quam linguam dicat:Sin uentrem,aut uesicam,aut iecur afferre iubeat, non item.Ergo singulis significatis una certa subiecta res est, non tamen cuicq uoci una res subijcitur.Interdum enim tantummodo significatur per uocem,nec quicquam subijcitur. Verum de his,quæ ita dicuntur,differere,presentis propositi nõ est. Quibus autem non tantum significatur aliquid,sed ẽt res aliqua subiecta est,his quotquot significata fuerint,totidem sunt & rerum ideæ.

Ac uocis

† τὴν γὰρ οὖσιν ἑρμηνεῖαν τῆς ἀνωλουθίας.

* ἀπούν est in antiquis.i. sine pedibus.

A Ac vocis quidem vnum significantis vna necessario erit & rei species: numero tamen plures has esse licet,sicuti α.Eoq; septem esse vocales dicimus:elementa Græcorum idiomate quatuor & viginti,ad communem videlicet omnium speciem,quę vna est,referentes,non ad particulares, quæ chartis,lignis,membranis,& lapidibus sunt scriptæ:quarum maximus numerus est, nec potis numerari,peneq; in infinitum extensus. nam possunt in toto temporis spatio infinita scribi tum α, tum β,tum γ.Eodem modo & reliquarum literarum singulæ. Verum ea in vniuersum quatuor esse & viginti numero dicimus,non particulares intelligentes,sed tantum species,quibus (vt arbitror)ipsa nomina indimus. Quippe nõ hoc,quod in charta scribitur,α dicitur:illud,quod in ligno pingitur,nõ α dicitur:immo tum hoc,tum illud:idq; siue describas in terra,siue in lapide:siue scalpas,siue coloribus pingas.Sed nec pueros docet quispiam multa α,& β,& γ,& reliquorum singula,immo quodq; horum vnum,simul autẽ omnia viginti quatuor. Simili genere, si equum vnum puero indices,aut camelum,vbi alium rursus equum,aut camelum aspexit, non rogat, quod animal id sit,sed illum equum,hanc camelum nominat, atq; illum, quem prius,cum hoc,quem nunc cernit,eundem esse dicit,quãuis fortassis alter mortuus iam sit,alter(hic videlicet quem cernit)supersit.Iam vinum homines heri hodieq; idem bibisse se dicunt:nempe specie idem. Interim tria se
B vina hodie bibisse narrant,aut etiam vnum,ad speciem vbicq; respicientes.Præterea quindenas fores vno sigillo obsignatas,ad speciem scilicet in omnibus his sermonem referentes. Adeoq; est euidens,ac omnibus natura insitum tum hominibus,tum brutis, vt aliud quid ceu in substantia subiectum,aliud ceu specie vnum intelligant,vt vel asinorum(qui tamen omnium brutorum stupidissimi videntur)aliud esse specie vnum,aliud numero,notitiam non fugiat. Conspecta nanq; camelo,asinus se retrahit,& fugit,ac timet,si nunquam antea camelum conspexit.Sin autem videre iam assueuit,quãuis aliam aliamq; illi demonstres,tamen propter consuetudinem non amplius timet,sed veluti vnam speciem intuetur & illam,cui insueuit,& hanc,quæ nunc primum apparet. Ad eundem modum nec homines timet propter consuetudinem, sed hos quoq; velut vnam speciem videt.Verum, si curatorem inspexit, non solum vt hominem, sed etiam vt hunc hominem agnoscit,& micat auribus,& caudam quatit,& rudit,& lasciuit,cum eum aspexit,vticq; indicans se familiarem agnoscere.Hunc itaq; tum vt hominem,tum vt familiarem nosci:Eum autem,quem primum iam videt,vt hominem similiter,vt familiarem non similiter. Quare non nos modo, verum asini quoq; iam aliud vt numero idem tum vident,tum etiam noscunt, ac meminerunt:aliud vt specie.Ac Dionem curatorem(esto enim ita vocetur)aliter ut hominem,aliter planè,ut curato-
C rem suum agnoscunt vernaculi asini,vticq; communem eius cum alijs hominibus speciem, vt hominis,capientes:priuatam vero ac secretam,vt Dionis tantum.Ergo tantum abest,vt veteres philosophos laudem,tanquam amplum aliquid magnæq; subtilitatis inuenerint, quod idem ac diuersum,vnum ac non vnum,non solum numero,sed etiam specie sit inaudiendum, vt etiam ipsis asinis hoc ineſse natura dicam.Sanè adijciunt veteres philosophi non tantum numero, ac specie aliquid idem dici,verum etiam genere. Verum id iam ad rem propositam non desidero. Mihi enim vnicum illud satisfacit,quòd ipsis asinis stupidiores ostendi,qui non concedunt aliud specie vnum,aliud numero dici:magisq; his etiam, qui vnum esse phreniticum, & vnum Empiricum dicunt,vnum tamen esse hominem non concedunt: aut qui nõ intelligunt specie quidem vnum esse hominem,numero non vnum,nec Socratem vnum esse, tum specie, tum numero: phreniticum autem specie esse vnum,multitudine nõ vnum:cũ fieri nõ possit vt Dion, Socrates, Theon, & Coriscus,pariter,si ita fors tulit,phreniti laborantes, cum quatuor sint, vnus multitudine sint, sed specie vnus,multitudine non vnus. Absurdius autem multo est, quod Empirici dicunt, cum vnum esse Empiricum dicunt,deinde rogati,quomodo vnum dicant eum, qui viuit, cum eo, qui mortuus est,& eum,qui est in Græcia,cum eo, qui est in Ægypto,mirificum responsum afferunt:
D Quatenus, inquiunt, Empiricus est,hactenus etiam vnus est. Hoc enim extremæ stupiditatis est,si adiectis illis/ quatenus & hactenus/nec quæ ipsimet loquuntur,intelligunt. Si.n. hactenus Serapion,et Menodotus vnus sunt,qua Empirici sunt,profectò in alijs vnus nõ erunt. Quando, si omnifariam vnus esset,superuacue,arbitror,ac frustra addita essent illa/quatenus & hactenus/ cum promptum esset simpliciter dicere vnum esse Serapionem & Menodotum: ita nimirum,vt, si de ipso tantum Menodoto loquens,adiectione non egeres,sed absoluto sermone diceres, Menodotus est vnus.Ergo,si vnus absoluto sermone est Menodotus, Serapion autem & Menodotus non absoluto sermone vnus,sed quatenus Empirici,omnino profectò ipsis alia quępiam inerunt,quibus duo sunt,& non vnus ambo.Efficiturq; hoc illud,quod antiqui philosophi dixerũt, aliud numero & idem,& vnum esse,aliud specie:Nec esse mirum,si Menodotus Serapioni in aliquo idem sit atq; vnus,in aliquo nõ idem,neq; vnus:quatenus.n.Empiricus,idem: quatenus aũt hic resimus,ille naso adunco,aut candidus,aut niger,aut magnus,aut paruus,non idem.Nunquid igitur sic est vterq; eorũ homo,vt vel naso est adũco, vel resimus,an sic,vt Empiricus est? An hoc quoq; puer intelligat,q qua homo,vnus sunt:qua hic resimus,ille grypus,non vnus? Num igitur extremi stuporis est,aut pertinaciæ,aut, nescio, quo nomine merito appellẽ,fateri vnum eẽ phreniticum,qua phreniticus,simili modo lethargicum,et pleuriticum,hominem vero,qua homo est,

non

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

non vnum? Præterea Empiricum vnum dicere, qua est Empiricus: equum vero, vt equus est, non E
vnum? Cum audire liceat Aristotelem, & Theophrastum affirmantes, specie quidem posse alte-
rum alteri idem esse, numero vero non idem. Atque etiam ante hos illum, qui ipsos huiusmodi si-
gnificatorum distinctionem docuit, audire dicentem nihil esse miri vnum esse multa, & multa
vnum. Quippe adeo dilucide omnem hanc disceptationem Plato in principio Philebi absoluit,
vt mihi vel ipsis stupidis videatur esse dilucidus. Asini nanque norunt tum hominem, tum came-
lum, tum bouem: præterea hunc hominem quendam, hunc camelum, hunc bouem. Eodem mo-
do viam norunt, non tantum absolute vt viam, sed etiam vt hanc aliquam viam. Nam in ingressu
viæ, quam non nouit, asinum statue, attendeq3, vt illam perambulet, ac totam peragat, in neutram
partem declinans, nisi sicubi in diuersa scinditur, vtique declarans se speciem ipsam viæ memini-
se, & clare agnoscere. Quippe inambulat eam, quæ trita est: quatenus autem ignorat, fallitur. Ne-
que enim ex recordatione eius, quæ insectilis, vnaq3 numero est, hanc, quam non nouit, peragere
potest. Manifestum vero est eum hanc viam, qua nunc primum insistit, quatenus via est, vt spe-
cie noscentem inambulare: quatenus vero numero vna est, eatenus ignorare, propterea, quòd &
nusquam ad non tritam diuertat, &, qua in duas scinditur, nesciat, vtra sit eundum. Quod tamen
omnino non ignoraret, si secundo, aut tertio, nunc per hãc ingrederetur. Nam, quoniam alterum F
nouit, alterum nõ nouit, propterea videlicet, quòd communem viæ speciem cognoscit, propriam
autem huius, vel illius ignorat, vtique, quatenus nouit, non fallitur: quippe qui tritæ insistit: qua-
tenus ignorat, fallitur subinde in triuijs, nescius, quam eligat. Duplicem ergo cognitionem habẽt
& asini, communium specierum alteram, priuatarum alteram. † {In summa,} siue vnam speciem † λοιπὸν
appellare commune illud velis, siue genus, siue communitatem, si illius hanc, quam ipse nunc in-
terpretor, notionem custodias, de nominibus contendes, rem tamen mutare nõ poteris. Et de no-
minum quidem impositione alius fortasse quispiam tecum contendet, vtique qui æque in rerum
contemplatione, vt tu, parum est exercitatus. Cæterum nos saltem non contendemus. Illud po-
tius te monebimus meminisse, quod Plato ait: Multa enim vnum esse, & vnum multa. Mirificum
sanè dictum. Nec facile est contendere cum eo, qui horum vtrumlibet statuat. Etenim, si hoc ob-
serues, non erit, quòd contendas, vt nunc contendis, partim ignorantia, partim adductus pertina-
cia. Sed, siue quis vnum esse phreniticum dicat, vnum esse consenties: siue multa, ita quoque con-
senties. Simili modo & Empiricum, & Dogmaticum, & Methodicum. Non aliter sanè & medi-
cum vnum esse, ac multos dices, vnum quidem, qua medicum, non vnum vero particulari multi-
tudine. Non enim de Empirico loquens, illud/quatenus/adhibebis, de medico loquens id tolles. G
Neq3 rursus de medico loquens adijcies, de homine loquẽs auferes. Nec phreniticum vnum esse
dices, qua phreniticus, ægrotantem vero non vnum. Siquidem hic quoq3, qua ægrotans est, vnus
est. Dedisce igitur tandem nugas illas, quibus in alijs libris captiose vtens cẽses ostendi tibi ipsum
hominem solum, & seorsum à particularibus hominibus: tanquam ipse ostendere possis Empi-
ricum citra Menodotum, & Serapionem, & alios particulares Empiricos: aut etiam phreniticum
seorsum à particularibus phreniticis. Vbi igitur est error, vndeq3 hæc mutatio, vt asinis adeo ipsis
sint stolidiores? Nempe vnde in alijs quoque infinitis falluntur. Quippe vbi à notionibus ad re-
rum substantias transire tentant: deinde per Logicæ contemplationis imperitiam falluntur, vtiq3
subuertentes cum rerum addubitatione etiam ipsas notiones. Siquidem excipit eos hic quæstio
de generibus, & speciebus, quę non modo homines, qui in Logicis methodis non sunt exercitati,
sed ẽt, nisi acriter intendant, aliquos ex ijs, qui sunt exercitati, põt fallere. Cęterũ non oportet pro-
pterea, q9 de rerum substantia dubitant, à manifestis recedere notionibus: nec putare consultum
aliquid inuenisse vtrosuis, vel Empiricos si vnum dicãt, non adiecto, quo significato vnum sit: vel
Methodicos, si pro genere, vel specie, vel communi, communitatem vsurpent. Mihi.n. melius vi-
sum est notione ipsa clare iam definita (nempe qua phrenitici sunt, hac esse omnes vnum: qua ve- H
ro hic iuuenis, ille senex, aut gracilis, aut obesus, aut vir, aut mulier, hac multos) veteri elocutione
de cætero vti, ac cum Aristotele, Theophrasto, & Platone loquẽdo periclitari, qui omnia id genus
specie esse vnum dicunt, multitudine vero non vnum, non phreniticum modo, aut lethargicum,
aut Empiricum, sed ẽt Dogmaticum, & Methodicũ, & hominem, & equum, et virum, et mulierẽ,
& reliquorũ singula. Q2 si ad particularia descenderis, veluti hanc mulierem, q̃ indicari digito po-
test, hanc sanè non possis specie quidem vnam dicere, multitudine vero multas. Quippe hæc mu-
lier, quæ indicari digito potest, vna est vtroque modo, & specie, & multitudine: quod etiam aliter
numero dicere solemus. Hi vero ita non faciunt, sed alij communitates nominant, ceu vero non
magis dubitari de ijs, quàm generibus, et speciebus possit. Alij, quatenus hoc quippiam est, vnum
esse dicunt: quatenus autem nõ vnum, nequaquam explicant. Etenim par erat hos quoq3, quem-
admodum ostendunt, quòd Menodotus, & Serapio, & Theodas, & Glaucias, & Apollonius, &
Callicles, & Diodorus, & Heraclides, & Lycus, vnus omnes sunt, qua Empirici, ita rursus,
quemadmodum non vnus omnes, sed multi sunt, exponere. Siquidem in his exponendis alicu-
bi planè deprehendissent idem tum vnum, tum multa non modo esse, sed etiam dici posse. Me-
nodotus nanque & Serapio, qua Empirici sunt, vnus sunt, immo vero & qua medici, & qua ho-
mines.

A mines. Quid vero qua animalia? Nam id quæri ab his operæprecium est. Num hactenus quoque
Menodotus & Serapio vnus sunt? Nam, si id negent, nec nos concedemus, quatenus Empirici
sunt, eatenus duos homines esse vnum. Sin concedant hac quoq3 duos esse vnum, nempe quate-
nus ambo sunt animalia, protinus illud subijciemus: Recte igitur ab antiquis philosophis dictum
est aliud numero, aliud specie, aliud genere esse, quod tum idem, tum vnum est. Dehinc rursus in-
terrogabimus: Phreniticus Menodotus, phreniticus Serapio, idem ne est, an diuersus? Si respon-
dent eatenus † {vnum phreniticum esse, vnumq3 et eundem ambos} qua phrenitici, rursus percõ- † Al. vnum & eũdem ambos esse.
tabimur: Quid autem, qua ægrotantes? num hac quoq3 ambo vnus sunt? Si negent, neq3 nos illis
concedemus, qua phrenitici. Sin annuent, vtique rem aliquam ponemus, cuius vna sit species, de
qua omnes homines morbi nomen enunciant. Non enim phrenitis res aliqua fuerit, cui vna sit
idea, atque eatenus omnes, qui ea sunt affecti, vnum efficiens. Morbus autem similiter vnum non
faciet eos, quos occupauerit. At nulla est, inquit, ita distincta species, aut animalis, aut morbi, sicut
hominis, & phrenitidis. Quid ais improbe? An nihil tibi significare videntur hæ voces, animal, &
morbus, sed similiter efferri, vt blityri, & scindapsus? An significant quidem, verum nulla res sub-
stat, quæ vocibus respondeat, veluti in Scylla, & Centaurus? an etiam significant, atque id, quod
B significatur, vnum est? Quippe, si nulla sit res, quæ ijs vocibus animal, & morbus indicetur, non
recte dicis hominem esse animal, aut phrenitim morbum. Sin est res aliqua, & vere dicis, tum hũc,
qui aduenit, animal esse, tum hunc, qui decumbit, ægrotare, est vtiq3 omnino aliquid eorum, quæ
ipsis insunt, de quo vocem vtranque enuncias. Verum ad hęc intelligenda, parum es exercitatus,
tametsi ea ex primis sint, quæ in Logicis institutionibus tradantur. Cæterum quid hoc ad ipsam
veritatem? Non enim profectò ex ijs, quæ tu non intelligis, iudicanda veritas est, sed ex ijs, quæ
quispiam intelligit, qui & natura prudens sit, & ea didicerit, ac exercuerit, nec idem contentio-
sus sit, sed veritatem amet. quorum nullum in te est, quanquam mediusfidius haud scio, an ista, na
tura prudentem desiderent. Quis enim nescit non idem significare Socratem, ac resimum, sed So-
cratem totius esse subiectæ substantiæ nomen, reliquorum autem nominum nullum de tota cor-
poris substantia dici, non simum, non ventrosum, non caluum, sed horum aliud figuræ nasi esse
nomen, aliud defectus capillorum in capite, aliud magnitudinis esse ventris? Atque hęc sunt, quæ
respectu partium dicuntur. At, si cãdidum aut nigrum Socratem dicam, de omnibus arbitror cor-
poris partibus nomina pronunciẽ, cæterum non totam substantiam, sed vnum ex ijs, quæ illi acci-
dunt, indicem, nempe colorem. Quinetiam, si obesum dicã, aut gracilem, durum aut mollem, hir-
C tum aut glabrum, aut cætera id genus, quæ Socrati accidunt, ne sic quidem de omni eius sub-
stantia appellationes affero, sed vnum aliquid eorum, quæ ipsi accidunt, ostendo. Ad eundem
modum & sedere ipsum, & inambulare, & moueri, & dormire, & vigilare, & singula id genus
nomina de nulla profectò substantia dicimus, sed aliquid eorum, quæ Socrati insunt, his signifi-
camus. Quæ nimirum in superioribus vel actiones esse, vel passiones, vel affectus quosdam di-
ximus. Satius ergo fuerit, nunc quoq3 sub hac te formula exerceam, quemadmodum etiam in su-
perioribus ostendimus, non à nominibus, sed à rebus orsum. Incipe vero à teipso primum, æsti-
maq3, simplex ne res sis, an composita: Vtrum ne pes sis, an nasus, an oculus, an caput. Constat
enim nullum te horum esse, sed nec sine his. Verum & ex his & ex reliquis partibus vniuersis,
quarum singulæ debitam habeant posituram, totus es compositus. Esto igitur nomen Themiso.
At, cum Themisona esse aio, eò, quòd dico claudum esse, pedum affectum significo. Themi-
so vero totius est nomen. Quinetiam simus cęcusq3 à parte dicitur Themiso. Rufus vero & cras-
sus non à parte, sed ab affectibus, qui toti insunt, non aliter, quàm inambulans, sedens, disputans,
& viuens. Num igitur intelligis non esse hæc totius substantiæ tuæ signa, sed alia à parte quapiam
esse nominata, alia ab vno affectu? Cum vero bonum te iustum ũe quispiam dicit, num etiam pro-
D spicis hæc esse affectuum nomina, qui in animo tuo consistunt? Atqui, si noris, quòd hæc ad por-
tionem se habent cum albo & nigro (quippe sicuti ista corporis, ita illa animi affectionum sunt no
mina) intelliges, arbitror, & artificem & inertem {vel siquod nomen artifici est contrarium,} ab
animi affectibus esse imposita. Iam, si artifex vnde nomen accepit, scias, scies, arbitror, medicus
quoque vnde sit appellatus. At, hunc si, vnde dictus sit, cognoris, non est, quòd magnopere labo-
res, vt inuenias, cui demum inditum sit nomẽ Empirici. Sanè ipsum, quod à vobis exigo, nec adeo
difficile, nec magnum est. Quippe ipsa prædicamenta diuidere logicæ speculationis est initium.
Cuius esse vos omnino expertes facile declarant ea, quæ temere nugamini. Vel nunc igitur resi-
piscentes, posthac incipite, quæ corpori accidunt, nominare, veluti quòd hic albus est & niger, aut
certe vehementer calidus adeo, vt ægre ferre calorem possit. Deinde calorem ipsum, qui adeo au
ctus sit, vt occasione eius corpus laboret, nec probè perfungi actione possit, permittite volenti ap
pellare febrem. Siquidem omnes homines eum, qui ita sit calidus, febricitare dicũt. Nec sanè rem
magnam facietis nomen mutantes, nisi quòd tempus vestrum perdetis. Illud potius vir bone fa-
cito: Cum Themisonem febricitare dices, & Dionem febricitare, & multos deinceps ad eum
modum febricitantes nominabis, perpende diligenter, nunquid in ijs omnibus vnum idemq3 sit
ipsum (vt sic dicam) febricitare, an diuersum. Inuenies enim vnum esse idemq3 specie: multitudi-

ne autem

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ne aũt,quod ẽt numero dicimus,nõ vnum. Cum aliter tibi nec, vt respõdeas, fas sit, nec itelligas. E
Ergo,q̃ febricitat,is, qua febricitat,vnus planè est: qñ, & qui delirat,quatenus delirat,ẽt est vnus.
Quid vero & qui simul febricitat & delirat? nunquid & is vnus est,qua simul & febricitat & deli-
rat? Sanè id neminem latere arbitror. Ponatur igitur ambobus ijs vnum nomen, febricitãti, dico,
ac deliranti,vocetuŕq̃ phreneticus,qui ita laborat. Quòd si non intelligis, quemadmodum ambo
bus vnum nomẽ sit positum,admonebo te fortasse nominum,quæ ipse vsurpas. Quippe equum
aliquid appellas,nempe animal(vt ita dicam)hinnibile,siue quod ad hinnitũ sit habile. An igitur
interesse censes,equum dicas,an animal, quod ad hinniendum sit habile? Ego sanè non censeo.
Atqui,si id ita est,ambobus illis nominibus,& animali,& hinnibili, quò vtiq̃ breuior esset sermo,
equum indidisti. Ad hunc etiam modum,si,quod pedestre & bipes animal sit,pro tribus nomini-
bus vno interpretari velis,hominem vocabis. Et sanè solutio cuiusc̃ nominis in suam oratiõnem, * λόγον
ad eum modum absoluitur. Quinetiam,vt conijcias componasq̃ oratiõnem in vnum nomen,
non aliter,quàm iam dicto fit modo:cum videlicet et simplicium cuiusc̃ notionem secundum ip-
sius nomen tenes,& simul ex duobus simplicibus rursus alteram notionem efficere composita
potes:mox illi nomen imponere:subinde rursus ipsi compositę alio simplici adiecto,vbi ex tribus
iam simplicibus vnam notionem feceris,huic quoque nomen aliquod imponere. Quomodo, in- F
quies,& qua ratione id? Siquidem non grauabor exercendo eos, qui resipiscere à diuturna ista
ignorantia non recusant,longius progredi. Calor,simplicis rei nomen est. Præterea actionis lęsio,
simplex quædam res est. At tantus calor,quantus iam actioni officiat, non etiam simplex res est.
Quòd si etiam totum vexet corpus,multo profectò minus iam simplex est. Ergo, quò minus mul
tis vtantur homines,ad compendium alioqui natura procliues, eiusmodi calorem febrẽ vocant.
Quippe expeditius dictu est febricitare Dionem,c̃p tantum in toto corpore caloris habere,vt mul
tas functiones corrumpat. Ergo,cum affectum ipsum significare volunt,febrim:cum vero eũ,qui
affectu laborat,ab affectu ipso nomen declinant,vocantq̃ febricitantem, ad eum modum, quo à
candore candidum,& à nigrore nigrum. Itaq̃ cõpositæ rei nomen febris est, atq̃ hoc etiam magis
febricitans. Simplex autem est delirium:verum,si simplex hoc cum cõposito copules, homo ipse
phreniticus,affectus phrenitis nominatur: Quẽadmodum & homo ipse,ne animal rationale mor
tale dicamus,breuitatis causa homo est nominatus,ipso hominis vocabulo oratiõnis vim quandã
comprehendente. Atq̃ id est,quod veteres philosophi oratiõnem nominis dicere appellant. Cæ-
terum non ducunt in infinitum,sed vsq̃ ad simplicia subeunt. Nam,cum hominem in animal &
rationale & mortale solueris,postea ipsum animal solues in substantiam sensilem: at non ipsam G
substantiam amplius soluere poteris, nec etiam sensile. Quippe simplex primumq̃ est horum
vtrunq̃. Quo fit,vt mihi mirari subeat de ijs,qui phreniticum & hominem esse concedunt: mor-
bum vero & animal esse non concedunt. Quippe quod perinde est,ac si cõposita esse des,de sim-
plicibus dubites:quasi non priora compositis natura simplicia sint. At non vidi(inquit)ipsum per
se animal. Sed nec hominem insulse vidisti,& tamen teipsum ais hominem eẽ. An illud fateberis,
animal autem esse te non fateberis? Nusquam (inquit) vidi per se morbum. Sed nec phrenitim
vnquam solam vidisti,sed in Theone,aut Dione,aut alio quopiam homine. Quare hoc planè pue
rile est,eo,quòd nusquam morbum ipsum per se solum videris,idcirco putare morbum non esse.
Quippe ita nec febrim,nec phrenitim,nec aliud quippiam id genus eẽ dabis, vt quorum nullum
vsquam ipsum per se solum videris. Sanè expediebat potius non ita,sed,vt dictum supra est, à re-
bus ipsis cœpisse,cogitationeq̃ ipsa spectasse,quot essent in totum simplicia: mox proprio nomi-
ne cuiq̃ impositio,ex ipsis iam compositis nectere. Ergo subiecto corpori vnum hoc primum insit,
quòd sentit. Num,cui id ineſt,animal non appellabis? Non,inquies. Atqui de nomine hoc pacto
hæsitabis. Sed nec sensile corpus esse concedes? Iam ita de rebus ipsis falsò opinaberis. At,si & cor
pus aliquid sensile esse,& nomen hoc animal de eiusmodi corpore dici concedes, audebis postea H
dicere animal nihil esse? Ergo nec album aliquid erit,nec inambulans,nec currens. Quippe ab ijs,
quæ ipsi accidunt,dicitur corpus album,inambulans,& currens. Ipsorum vero accidentium hoc
albedo,illud inambulatio,tertium cursus dicitur. Eodem modo sensus,vnum quid est ex ijs, quæ
corporibus accidunt:sentiens vero ipsum est corpus. Hoc vero etiam animal nominatur. Quis igi
tur,vbi sentiens corpus aspexit,omisso hoc nomine,animal,aliud quærat,quod de eo dicat? Num
corpus duntaxat intelligitur,tanquam Centaurus, an res quoq̃ aliqua huic appellationi est subie
cta? Patet proculdubio esse subiectam aliquam. Age quid sensus? intelligitur ne tantum, an aliqd
est eorum,quæ corpori insunt? Mihi vero etiam id clarum esse videtur: nempe sensum vnum esse
ex ijs,quæ corpori insunt. Atqui,si neq̃ corpus tantummodo intelligitur, sed etiam subsistit: nec
etiam sensus,immo is quoq̃ subsistit: qui fiet, vt ambo coniuncta compositum efficiant non ens?
Nam id iam perridiculum sit,corpus quidem esse ac sensum,nihil tamen esse sentiens corpus. Si-
cut illud magis ridiculum,sentiens quidem corpus esse,animal autem nihil eẽ: ceu aliud quiddam
animal sit,& non hoc. Aut quicquam interſit,orãtione,an nomine indicare aliquid velis. Æque
absurdum sit & morbum negare aliquid esse. Quippe,si affectus nihil sit, morbus quoque nihil
erit. Sin affectus aliquid esse detur,vtiq̃ & morbus aliquid fuerit. Quicunque enim affectus fun-

ctioni

A ctioni officit,is est morbus. At non potes(inquiunt)ostẽdere mihi ipsum per se morbum. Immo
nec phrenitim vir bone,nec febrim,quæ tamen & ipsa esse fateris,sicuti multa alia. Nam microlo-
giam nominum,quam philosophi quidam scite sunt commenti,sed quæ omnem in vita loquen-
di consuetudinem subuertit sic,vt ne ipsi quidem in suis ipsorum operibus ea vti possint, impræ-
sentiarum omitto,vt qui & alibi de ipsis diffusius egerim,& in opere de elementis,quæcunq̃ sunt
necessaria,dixerim. Intelligo autem micrologiam,qua diuidunt in genera,græca illa τὸ ὄν,τὸ ὑπάρ-
* ἀδιαφόρως. i.nullo discrĩe. χον,& τὸ ὑφεστός: {latine ens,& subsistens,siue substans dixeris} quippe,quę trãslatitie nobis tum
hic,tum in sequentibus {latine} ponentur. Vt autem omnes in omnibus refutem, fieri omnino
non potest. Sed enim,quod non modo propria morbi notio sit,sed etiam res aliqua subiecta, quæ
hanc appellationem sit sortita, satisfaciant ad præsens,quæ hactenus sunt dicta. Clarius autẽ idem
ipsum in progressu sermonis intelligetur, vbi de primis indicationibus absoluta disputatio erit.
Quæcunq̃ vero nunc dicta de morbo sunt,ea mihi & de symptomate, & passione esse dicta cen-
seo:præterea sanitate,& paritate,& robore,& potentia,omnibusq̃ alijs, quorum nomina & no-
tiones de rebus quibusdam subiectis sunt dicta. Omnia nanque hæc corporibus insunt,partim vt
affectus,partim vt actiones,partim vt passiones:præterea quędam ceu naturaliter insint,quędam
B ceu præter naturam. Indicatio quoque ex singulis eorum seorsum præbetur, à plurimis tamen
medicorum prætermissa.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet,qua via,ac ratione vlcera curanda sint, quæcunque maligna non sunt.

Prima fundamenta methodi,qua vnitatis solutio curanda est. CAP. 1.

C Igitur Hiero,indicatio,quæ ab ipsa rei natura primum oritur, quod agendum
sit, inuenit, necesse est remediorum inueniẽdorum initium ex morborum ipso-
rum natura sumi. Siquidem absurdum sit aliud esse,quod curãdi rationem præ-
scribat,aliud, quod curetur. Etenim indicare de se quidq̃ magis potest,q̃ de alio.
Hoc autem clarius fiet in sequẽtibus. Verum,quoniam omnibus in confesso est
primas indicationes ex affectibus esse sumendas,certe laborãdum pluribus fru-
stra non est,vt hinc esse incipiendum doceam. Illud potius monstrare tẽtemus,
neq̃ totum hoc esse,nec prorsus magnam aliquam partem,veluti Methodici putant, sed minimã,
& tantum initium. Igitur ijdem ipsi aiunt calculum,qui in vesica sit,propterea, quod toto genere
* ἀκροχορδόνας. i. verrucas pensiles. præter naturam sit,ablationem sui indicare. Ad eundem modum verrũcas,& myrmecias,et athe-
romata,& steatomata,& meliceridas,& alia id genus. At itestinum,quod iam in scrotum decidit,
omniaq̃,quæ luxata sunt,quòd videlicet loco ipso præter naturã se habent,reponenda se in suum
locum docent. Atqui tantum abest,vt horum quippiam artificij cuiusquam sit, vt etiam priuato-
rum cuiq̃ patere possit. quippe qui membrum,quod luxatum sentiunt,reduci in artus iubẽt: præ-
terea verrucam tolli,& vlcus ad cicatricem duci,& aluum fluẽtem sisti. Verum,quibus hæc ratio-
nibus fiant,id sanè nesciunt. atq̃ id est,quod adijci à medico debet. Itaq̃ indicatio,quæ à morbis su
mitur,principium tantum est,et(vt sic dicam)carcer, vnde medẽdi ratio promouet,nulla prorsus
D ipsius medicinæ artis adhuc portio,aut certe nec magna nec propria,sed quæ etiam plebi sit com-
munis. Ergo,cui facultas est illa inueniẽdi,ex quibus perfici possit,quod à prima indicatione sug-
geritur,is merito morborum est curator. Qui si per experientiam inuenit, obseruator & empiri-
cus est nominandus:sin ratione quadam & methodo,logicus,& methodicus,& dogmaticus. Er-
go plebeius quidem(altius enim idem repetendum est)medicum adit,reponi sibi membrum iu-
bens:aut os,quod forte fractum est,formari atque componi:aut melicerida sibi tolli. Verum,quo
pacto horum quodq̃ peragatur,id sanè inuenire medicæ artis est munus. Ac Empirici quidem
per experientiam inueniri omnia contendunt. Nos partim experientia,partim ratione. Cum ne-
que illa inuenire omnia queat,neq̃ sola ratio. Veruntamen confusam mistamq̃ tradendam esse
doctrinam non censemus,sed seorsum empiricam,& seorsum logicam,quò facile appareat,quam
habeat vtraq̃ vim. Nunc vero de ea,quæ ratione paritur,inuentione dicere statuimus. Num igi-
tur est nobis methodus aliqua,qua vlis inuenire prædictorum singula liceat? dico, quod superua-
caneum genere sit,adimere:et,quod motum loco sit,id proprio loco reddere:&,quod vnitatis so-
lutum sit,vnire. An empiricen ad hæc requiremus? Ego sanè methodum esse aliquam,qua quæsi-
ta inuenias,planè mihi persuasi:eiusq̃ principium esse id,quod singuli morbi faciendum dictant.
Vnitatis nanq̃ solutio vnitionem postulat. Ea in osse fractura dicitur, græce Catagma: in carno-

sa parte

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

sa parte vlcus: sicuti etiam vulnus, & ruptio, quod Rhegma: & conuulsio, quod Spasma dicitur. E Vulnus quidem solutio quædam ex vulnerando in carnosa parte relicta. Ruptio, & conuulsio citra vulnerationem facta. Prior enim carnosæ partis diuisio est, posterior neruosæ. His omnibus vnitio molienda indicatur. Quæ an præstari vbiq; possit, an in multis non possit, hoc vtique internoscere primum iam artificis est. Quippe nemo plebeius nouit nec neruosam transuersi septi partem, nec intestina tenuia non posse, quem indicāt, finem recipere. Sed & de pręputio, & de tenui buccarum parte, quod similiter se habet, idem ignorat. Præterea an caries in osse, quæ Teredon græce dicitur, sanari queat, sicut erosio in carne, compertum non habet. Iam, an coalescere fractura possit, veluti vulnus, præterea an callo agglutinari possit, non intelligit. Pari modo in capitis fracturis vulgus omnino non nouit, sit ne expectanda calli generatio, an aliter curandū. Porrò multo adhuc magis ignorat, an corde vulnerato, aut pulmone, aut ventriculo, aut iecinore, fiducia sanationis sit. Nec in summa quicquam vltra primam indicationem vulgaris quisquam nouit. Itaq; hoc ipsum primum artis est opus, vt intelligas, sperare ne⸤-⸥id, quò tendis⸤-⸥ debeas, an secus. Eius rei duplex cognitio est, nec potest addi tertia: Altera per experientiam, cui longo vsu est opus: Altera per ipsius rei naturam. siquidem hæc tum cuiusq; particulę substantiam æstimabit, tum actionem, tum vsum, situmq;. A quibus procedens, non solum, quod sanari nō potest, præuidebit, sed F etiam de inueniendis ei remedijs deliberabit, quod recipere sanitatem potest.

* σκοπὸν, & vbicūq; dictionē hanc asterisco notatam videris, scopos græce legit.

† τὸ τέλος

De inuentione remediorum, quæ cauum vlcus carne implent. CAP. 2.

COnstat autem, quòd à simplicissimis incipiet. Porrò nihil est simplicius vlcere, quod in summa carnosa parte sit. Huius ergo, si quidem vlcus tantum sit, curationis scopus vnitio est. Sin etiam cum cauitate sit, duplex eius propositus est finis: sicuti etiam duplex est affectus, nempe vlcus, quod est vnitatis solutio, & cauitas, quæ ex amissa aliqua animalis propria substantia est contracta. In quo genere sæpe fieri non potest, vt alterius propositorum finium sis compos: veluti si non modo caro ipsa, sed etiam subditum illi os perierit. Quippe impleri ad vnguem cauitas eiusmodi non potest, cicatrice induci certe potest. sed hæc vlceris sanatio est, cauitas autem insanabilis remanebit. Hoc igitur ipsum aut per experientiam, aut rationis ope dignosci omnino oportebit. At Thessalus nec his vtitur, nec tertium quicquam adijcit: & tamen nugari non erubescit. Sed id mittamus. Illud potius doceat imitator Thessali medicus, quo pacto cauum in carnosa parte vlcus nullo ex ijs, quæ subsunt, læso sanabimus, Sarcotico (inquit) medicamento, id est quod carne impleat, imposito. Bene sanè, magna facilitas, fortasse autem stupiditas potius erat dicendum, si, cum sarcoticum dixit, satisfeciſse se quæstioni putat. Quippe, si sarcoticum iam scimus, G quid amplius requirimus? Dic nobis, quod illud sarcoticum sit, quo es vsurus? Thus, reor, inquies, aut irim, aut aristolochiam, aut erui farinam, aut panacem. nam de siccis medicamentis principio mentionem faciam. Age igitur, hæc medicamenta quo pacto inueniſti? Experientia, inquis. Quid igitur est, quod per te amplius est adiectum? Siquidem, quod cauum implendum sit, id quidem vel priuatus nouit. At, ex quibus id, & per quæ medicamenta fiat, experientia docuit. Thessalus vero nec vt empiricus, nec vt logicus, medicamentum id nouit: Vt empiricus, quia videlicet non vult: Vt logicus, quia non potest. Nam ego eum vt empiricum id scire plane noui. Cum enim duo sint omnis inuentionis instrumenta, nempe experientia & ratio, qui, quod inuentum est, nouit, sed tamen rationem eius dicere ⸤-in promptu⸥ non habet, is prodit se per experientiam id inuenisse. Vt igitur, quantum erret, intelligat, aurium nobis operam paulisper accommodet. Volo enim paucis cum solius experientiæ professore agere. Etenim hunc quoque dicere par est, quo pacto siccum hoc, quod carnem producat, medicamentum inuenerit: quod vtique Cephalicon nominant. Porrò componitur id ex iride, & aristolochia, & eruo, & thure, & manna, ⸤-id est purgamento thuris.⸥ Est autem & aliud, quod præter iam dicta cortices panacis recipit: sicuti etiam aliud, cui elota cadmia admiscetur. Dicat itaque mihi, hęc quomodo sint in- H uenta. Et quid (inquit) attinet de inuentione eorum quærere, ac non recte potius inuentis vti? Atque hæc quidem initio statim respondent: †⸤-post vero interim ex somnijs inuenta esse potuisse talia dicūt:⸥ interim forte quapiam aliud fuisse in aliud effusum: mox aliquem vti misto ausum. Cæterum audaciæ eius spem non dicunt. Hæc igitur manifestæ sunt nugæ. Tertius his inueniendi modus planè est rationalis. Siquidem simplicium illorum priuatim quispiam vnumquodque vt sarcoticum expertus, mox carnem aliquando non facere cernens, ratione deprehendit non omni naturæ eorum quodq; competere. Si enim, cui aristolochia vlcus carne non impleuit, huic thus contulit: cui autem thus non profuit, huic iris admota fuit vtilis: rationabile erat (arbitror) non omnes ab omnibus similiter affici. Hoc vbi semel in ratiocinationem venit, optimum factu est visum quàm plurima eiusdem speciei in idem miscere, quo nulli corporis naturæ deesset, quod conueniat. †⸤-Atqui amice in commistis speciebus non seruatur actio suæ cuiusque substantiæ, sic, vt in vnaquaque corporis specie adsit, quod morbo curando conueniat.⸥ Nam, si aut corporis naturam inuenire possent, aut adhibiti medicamenti vim, non esset fortasse ijs tali varietate opus, vt quibus vnum illud medicamentum, quod vni corpori conueniret, inuenire in promptu semper esset. Nūc, cum ignorant vtrunq;, ⸤-parū recte⸥ omnia miscent: vnum scilicet, quod omnibus

† Addendum ex codicibus græcis īpressis & manuscriptis. In cōgressu vero (id est κατὰ σύμβασιν) sic. n. ipsi hoc verbo vocāt, interim quidem ex insomnijs &c.

† in aliquibus antiquis hæc nō leguntur.

† οὐ κακῶς. i. nō male, est in antiqs quibusdā.

A nibus naturis quadret, moliri medicamentum studentes. Hanc ego componendorum medicamentorum rationem primis illis medicis excogitatā arbitror, atq; vt antiquū inuentum recipio. Cęterum tm̄ eam à vera medicinali methodo abesse reor, quanto certe rationabilior est transfusis in se mutuo cribris. Quippe nisi illud primum cogitet, solius se compositionis, quæ ex similibus specie medicamentis conflatur, non eius, quæ ex cōtrarijs initur, methodum dixisse, mox in eius miscellæ multitudine vnum fortasse esse medicamentum, quod laboranti sit vtile, fortasse vero nec vnum, contra septem octo'ue, quę ex vsu non sint, ita vt pluribus numeris obsit eiusmodi medicamentum, q̄ prosit, hæc, inquam, nisi reputet, plus eum ignorare de re ipsa, q̄ nouisse dixerim.

* Aἱ. εὕρηκεν. i. inuenisse.

* vlceri.

Oleum nanq; cauo ůulneri infusum, aduersissimum omnium medicamentum est, cum si ita mederi velis, vsu ipso intelliges sordidum ac male olens vlcus fieri. Quòd si tempus quoq; anni calidius sit, ac vitio mali succi homo laboret, aut fluxionibus obnoxius natura sit, aut etiam in victus ratione delinquat, timor est, ne illi pars ea computrescat, in qua vlcus est factum. Timor vero est, & si cera, siue sola, siue in oleo soluta vtare. Atq; hæc quidem putrescere vlcus facient. At, si ærugínem ad leuorem tunsam insperges, ea quidem nullo modo putrefaciet: dolorem tñ ac mordicationem inferet non paruam. præterea exedet, ac phlegmonen excitabit. Quòd si largius vtere, B conuulsionem quoq; accerset. Quoniam igitur neq; oleum, neque ærugo, neq; cera cauum vlcus implere carne potest, constat, q̄ ex ijs, qui experientiam profitentur, nemo vsquam ea miscebit. At ego sanè hæc miscebo, immo debita mensura non hæc modo, verum etiam alia mille pharmaca ex ijs, quæ cauo vlceri sunt inimica. Quippe si non ijsdem facultatibus lædūt, sed quodā modo contrarijs, imparia quidem immodicaq; profectò fuerint, vt ad cauum vlcus implendum. Verū, quemadmodum ex duobus temperamentis immodicis vnum efficiatur modicum, id in medicamentorum componendorum rationibus docuimus. Non est igitur difficile ex oleo, cera, & ærugine medicamentum, quod carnem producat, conficere. Si enim noris eiusmodi vlcus mediocriter siccandum esse, non siccare autem nec ceram, nec oleum, vtiq; intelliges nec alterum seorsum, nec ambo simul cauum vlcus implere posse: immo vero nec ærugínem solam, vt quæ immodice siccet. Ergo, si omnia miscueris, modice siccum efficere medicamētum poteris. Quis vero cuiusq; esse mōdus debeat, id mihi in libris, qui de medicamētorum compositione sunt inscripti, iam traditum est: nunc quoque, si res postulet, indicabitur in sermonis progressu. Nam primum omniū abigendus mihi à sequentibus libris amethodus iste Thessalus est, sed indicato prius illi, quātum à recto aberret. Nam prudenti, vel quæ nunc dicta sunt, satis ostenderint, qualis esse debeat me-

* μέτρον.

C dendi methodus. Verum non est cum talibus sermo. Itaq; etiam necesse est, cum istis adhuc disputemus, hinc sumpto initio. Omnis, quæ præter naturam est, cauitas impleri postulat. quare & quæ in carnosa etiam accidit parte. Ipsa vero impletio, inueniendorum remediorum finis, quò tenditur, est. Vt vero, quæ impleāt, inuenias, & multa ratione opus est, & multiplici particulatim indicatione, & methodo rationali exacta. Etenim sæpe vidisti difficilia sanatu vlcera curare nequiuisse nec eos, qui experientiam profitētur (istos inquam, qui remedijs scatent) nec etiam eos, qui rationem sibi vindicant, omnes. Quippe Thessalij isti, quos Methodicos nominant, sunt aūt re vera à methodo alieni, tanquam asini ad lyram, ne ad audiendam quidem eiusmodi speculationem sunt idonei, nedum, quod rectum est, ratione inueniant. Vidisti autem subinde in eiusmodi vlceribus Empiricos quidem aliàs se ad aliud medicamentum transferre, cum nulla profectò ratio transitum ipsum monstraret: verū, quoniā multa sunt experti, quæ cauum vlcus impleant, ipsam vero, vt ijdem vocāt, idiosyncrasian, id est, corporum proprietatem, in qua singula eorum pollere sunt visa, nec dignoscere, nec meminisse possunt, ideo nunc quoq;, ad quod transferant, non intelligentes, sed sperantes in multis particularibus experiendis, obiter, quod conueniat, omnino inuentum iri, aliàs ad aliud transiliunt, fortunæ potius, q̄ rationi eius, quod conducat, in-

D uentione permissa. Similes his sunt, tametsi id nolunt, & qui ex Dogmaticis ad naturalia corporum principia subire ratione non valuerunt. Quippe hi (vt ante ostendimus) ex dimidio Dogmatici sunt. † De istis vero amethodis Thessalijs, quid etiam loquare? Soli igitur ij, qui vera methodo curant, tum singulis id genus vlceribus idonea medicamenta & victum aptum inueniunt, tum liquidissime rebus ipsis ostendunt, quantopere conducat, quantumq; ad medendum lumen præstet ipsa de natura tractatio. Etenim prętermitti negligiq; aliquando, quod vtile sit, ijs, qui ab alio pharmaco ad aliud assidue transeunt, non semel tibi ostendi, vno aliquo ex medicamentis, quibus illi fuerant vsi, eiusmodi vlceribus sanatis. Spreta vero eiusmodi medicamenti facultas ab ijs merito est, q̄ videlicet & propter intempestiuum vsum non solum non prodesse, sed etiam obesse est visum, & q̄ in primo vsu nihil aliquando, quod esset euidēs, effecit. Vidisti porrò non minus oculorum nos grauissimos dolores sanare aut balneo, aut vini potione, aut fomentis, aut sanguinis missione, aut purgatione, quibus nihil aliud adhibet medicorum vulgus, q̄ medicamenta hæc, quæ ex opio & mandragora & hyoscyamo fiunt, maximam planè oculorum pernicíem, vtpote quæ nulla re alia sublati ad præsens doloris speciem præstant, q̄ q̄ ipsum sensum enēcant. Multosq; nosti ab eiusmodi medicamentorum vsu, cum liberalius fuissent admota, nunquam postea naturalem statum recepisse, sed ex his principio quidem obscure atque ægre

† Impressi codices græci hæc addunt: Qui ne prima quidem elemēta potuerunt assequi. q̄ tñ in antiqs nō habētur, & supfluacē videtur.

* Aἱ. παρηκοῦν. i. obstupefaciūt.

vidisse,tempore vero suffusione,quam hypochysin vocant,vel pupillæ nimia dilatatione, quam E
mydriasin appellant,vel tabe,vel corrugatione,quam rhetidosin vocant, occupatos. Nosti pro-
fectò non minus & illud,cum ab ephebis vsq; mecum sis versatus, nec sub vllo me vsquam præ-
ceptore vidisse eiusmodi opus,sed id per me ratione excogitasse,& q; longo tẽpore aphorismum
illum,Dolores oculorum meri potio,vel balneum, vel fomentum, vel vena incisa, vel purgatio »
tollit, considerauerim,quamq; ex reliqua Hippocratis diligentia sperarim ne in hoc quidem vel »
falsum quippiam, vel quod fieri non possit,præcipi,idq; fuisse,quod me ad inquisitionem incita-
uit,quoad ipsa Hippocratis insistens via inueni,quo pacto discernerem,quando, quomodoq; di- *θεραπευτικῆς
ctorum quoq; sit vtendum. Qua ratione multis,qui talia viderũt, manifestum feci,quanta medi-
cinalis methodi vis sit, quantiq; mali occasio fuerint,qui non seruata veteri medicina, nouas se-
ctas condiderint. Itaq; & vos præterea me,quanq; à principio recusantem,orando tamen impu-
listis,vt omne hoc opus tractandum susciperem.quod,Deos precor,alijs quoq; hominibus alicui
sit vsui.Certe minimam spem habeo propter eum,qui nunc regnat,bonarum artium contemptũ, * τῶν καλῶν.
diuitiarum vero,existimationis,& ciuilis potentiæ admirationem.Ad quę quisquis se conuertit,
is nulla in re veritatem inuenire poterit.Verum hęc,prout Deo placebit,ita finientur.At nos me
dendi methodum,quæ veteribus quidem exculta est,nunc vero neglecta iacet,pro virili restitue- F
mus,repetita nimirum,quam de cauo vlcere inchoauimus,disputatione. Ac de prima quidem in
uentione eorum,quæ eiusmodi vlcus carne impleant,satisfaciant,quæ paulo ante diximus, con-
cedamusq;,si libet,Empiricis, quæ dicunt omnia. At de inuentorum vsu & sæpe tibi in ipsis re-
bus ostendi, & nunc nihilominus ratione demonstrare conabor,quemadmodum Empirici,vbi
solenne cuiq; medicamentum nihil profecit,apte ad aliud,certaq; ratione transire nesciant. Atq;
id iure accidit.siquidem,cum causam improsperi successus prioris medicamenti ignorẽt,nec,quò
eam in secundo declinent,habent.Quippe, cum causam ignorẽt, cur munere suo medicina fun-
gatur,nec, cur fallat, itelligere valent.Hoc vero ignorato,neq; ad aliud trãsire rationabiliter pos-
sunt,quando nec in illo vitare eandem causam possunt.

Qua methodo vlcus cauum curari debeat. CAP. 3.

AGedum igitur ipsi iam Hippocraticam veramq; caui vlceris sanandi methodum tradamus.
Porrò hanc ab ipsa rei substantia ordiri oportet.Itaq;, quoniam in cauo vlcere id nobis pro-
ponitur,vt caro,quæ perijt,restituatur,scire licet generandę carnis materiam,sanguinem bonum
esse:opificem(vt ita dicam)authoremq; naturam. Verum non satis est naturã simpliciter dixisse,
nisi etiam, quorum natura,sit adiectum,& vbi.Cõstat autem, ꝙ subiectorum corporum, quibus G
superinduci caro debet,natura ipsa gignẽdę carnis opifex est.Porrò cuiusq; corporis natura mon
strata est ex calidi,frigidi,humidi,ac sicci temperatura consistere. Quare manifestum est iustum
horum temperamentum in subiectis particulis, quibus restituturi deficientem carnem sumus,
opificis habere rationem. Ac primum quidem in omni cauo vlcere duo illa considerandanobis
sunt,& quod subiectum est,iusta ne temperie sit,id est an secundum naturam se habeat:quip-
pe monstratum est sanitatem in similaribus corporibus,ipsarum quatuor qualitatum esse iustam
temperiem: Et præterea sanguis,qui affluit,bonus ne,ac mediocris sit. Si igitur horum alteru-
trum vitiosum sit,multi sanè affectus præter naturam existunt. Nobis tamen vna cauitas in car-
nosa parte proponitur. Fingamus igitur & sanam esse partem, & sanguinis confluxum citra vl-
lum vel in qualitate vel quantitate vitium. Porrò his ita se habentibus, nihil est præterea, quod
obstet, quò minus prima carnis generatio prospere contingat, idq; nullius externi medicamenti
ope.Quippe causis ambabus,vnde nascit, præsentibus,nulloq; extrinsecus,quod impediat,ob-
stante non potest prohiberi carnis generatio. Verum in ipsa primæ carnis generatione duplex
prouenire excrementum necesse est,veluti etiam in cõmẽtarijs de natura docuimus, ꝙ omnem *λογισμοῖς.
qualitatis alimenti mutationem alterum crassius, alterum tenuius excrementum sequitur. His H
excrementis etiam per vniuersum corpus semper prouenientibus, quod tenuius est, ipsa inuisi-
bilis est perspiratio.Quæ etiam subinde fit visibilis,quoties vel naturalis calor languet,vel nutri-
mẽto vtitur,q; iustum sit, ampliore,vel motus quispiam vehementior animali contingit.Alterũ
est sordes,quę in summo corpore nostro colligitur. Quinetiam in vlceribus tenuius excremen-
tum sanies,(græce ichor)appellatur,quod crassum est,sordes. Ac ex tenui quidem excremento
vlcus humidum redditur,ex crasso sordidum:eoq; duplicibus medicamentis eget,vtiq;, vt humi
dum est,siccantibus:vt sordidum, quæ ipsum expurgent.Ergo,cum nullo vnq; tempore natura
cesset,certe nec tempus vllum erit,in quo non ambo hæc in cauo vlcere colligentur. Quare nec
tempus vllum erit,in quo non vtrunq; medicamentorum genus desiderabit, vtique & quod sic-
cet,& quod expurget. Ac, cuiusmodi quidem genere esse medicamẽtum debeat,inuentum iam
est.Verum non est id satis. Siquidem specie aliqua inuenta est opus,quæ sit vlceri admouenda.
Hæc igitur quomodo & qua methodo inuenietur?Nempe ea,quæ in libris de simplicium medi-
camentorum viribus est tradita.Ostendimus nanque in his quædam medicamenta siccare,quæ-
dam humectare,quædam refrigerare, quædam calfacere: non nulla per coniugationem vel cal-
facere & siccare,vel frigefacere & humectare, vel calfacere & humectare, vel refrigerare & sic-

care:

A care: esseq; in singulis eorum maioris minorisq; rationem, multitudine sanè infinitam,cæterum
ad vsum medicinalem limitibus,qui facile comprehendantur,circunscriptam, primo quodam in
his,& secundo,& tertio,& quarto statuto ordine gradu've.Cuius igitur ordinis erit medicamen-
tum,quod carni producendæ sit aptum,quodq; modice tum siccare debere, tum detergere pro-
posuimus? Certe primi ordinis. Quippe,quod super hunc fuerit ita,vt non modo humoris, qui
influit,redundantiam consumat,sed etiam affluentem sanguinem ipsum populetur, id refici car-
nem,ceu materiam eius absumens,prohibebit.Porrò talia esse ostensum est thus & hordeaceam,
& fabaceam,& erui farinam,& irim, & aristolochiam, & cadmiã,& panacem, & pompholygẽ.
Omnia vero hæc tum maioris minorisq; discrimine inter se dissidere, tum alia eorum simplices
* δυνάμεις. i. fa cultates. quãlitates vincentes habere,alia cõpositas,monstratum est. Siquidem aristolochia & panax tum
cæteris plus siccant,tum natura magis calent. Hordeacea fabarumq; farina multo his minus sic-
cant,nec vllum calorem obtinent. Thus vero moderate calet, minus tamen illis siccat, adeo,vt
quasdam corporum naturas omnino non siccet. Erui farina, & iris, horum atq; aristolochiæ &
panacis medium locum tenent. Verum, quod sermo noster vtiliter attigit, denuo repetamus.
Quippe thus in humida corporis natura carnem producere potest,in sicca nõ potest. Scire nanq;
B licet duas esse primarum indicationum differentias, quod secundum naturam se habet, custodiã
sui indicante,& propterea,quæ similia sui sint, postulante:quod præter naturam est,sublationem
sui,eoq; contraria requirente.Perit.n.quidq; in contrarium,& à contrario. Atque vlcus quidem
quò est humidius,eo sanè medicamento,quod magis siccet,indiget. Corporis vero natura quãto
est humidior,tanto quod minus siccet,medicamentum postulat.Quare,siqua sunt vlcera,quibus
par est humiditas, quod in sicciore corporis temperamento consistit, vtiq; magis siccari postu-
lat:quod in humidiore,hoc sanè minus,quò natura naturæ interest. Siquidem productam carnẽ
ei,quę ante erat,similem esse oportet.Vbi igitur pristina siccior fuit,nouellam quoque ficciorem
fieri conueniet. Quare vberius hæc siccari, quantoq; magis sicca fuerit, tanto, quod admouetur
medicamentum,magis siccam facultatem habere debebit. At in humidiore natura tanto rursum
ijs,quæ minus siccent,medicamentis est opus,quanto caro ipsa minus est sicca.Thus igitur,vt ad
humani corporis naturam, eiusmodi obtineat temperamentum, quòd cum temperatis & mediis
naturis cõsentit,humidiores autem paulo liberalius siccat:sicuti rursum ijs,quę ad summum sunt
siccæ,paulo est humidius. Merito itaq; thus in quibusdam tum vlceribus,tum naturis pus quidẽ
mouet,carnem non producit:in quibusdam etiam carnem producit. Itaq; si obseruaueris, ratio-
C ni respondere euenta deprehendes. In humidiore nanq; natura producere carnem potest, in sic-
ciore non potest. Præterea in modice humidis vlceribus carnem efficere potest:in ijs,quæ præhu
mida sunt,prorsus non potest. Vides'ne igitur clarissime,qui recta methodo curare vlcus velit,
quot huic theorematis sit opus? Nam,postquam inuentum est humorem omnino huic vitio in-
esse,vtiq; siccans parandum medicamentum indicauit. At,quoniam ipsorum siccantium quædã
magis siccant, quædam minus, partim ex vlcerum diuersitate, partim ex ægri natura, quod ex-
pedit,est desumptum.Itaq; non modo de corporis natura meditatus sit, oportet,quisquis como
de sanare vlcus debet,verumetiam diligenter speculationem omnem de medicamentis didicisse,
tum sicci humidiq; corporum temperamenti notas callere. Contemplare igitur,quanta sit Me-
thodicorum istorum pronunciandi temeritas, qui vnum id sibi ad cauum vlcus sanandum satis-
facere putant,si sciant,ꝙ carne est implendum.Non enim in hoc curandi ratio consistit, immo in
eo inueniendo,quod carne sit impleturum.At, quod implebit,iam(inquit)experientia est inuen
tum. Dic proinde,& quod sanabit, inuentum experientia esse:nec frustra gloriare,nec methodũ
extolle.Quanquam apud ipsos quoq; Empiricos experientia,quę sine certa limitatione sit,dam-
natur. Scribunt nanq; in commentarijs de medicamentis ad hunc modum: Emplastrum ad eos,
D qui molli sunt corpore,& pueros,& mulieres.Norũntq; thus in naturis eiusmodi carnem in ca-
uis vlceribus(modo aliud nullũ symptoma sit)producere,eademq; implere. Vtrum tñ eiusmodi
corpora humida sint,atque idcirco modice siccantia desiderent, an alia euentus causa sit, sanè nõ
norunt. Rursus enim ad senilia corpora aliud scriptum medicamentum inuenies, aliudq; ad ea
vlcera,quæ ægre ad cicatricem veniunt,orasq; prætumidas habent, quæ ochthode Græci vocãt,
multasq; alias discretiones in omnibus suis medendi commẽtarijs scribunt, quibus, quoad licet,
ad curandæ naturæ proprietatem appositum pharmacum inueniunt. Quippe discretiones in
quaq; arte proprium à communi secernere conantur. quantoq; plura quis discreuerit limitaue-
ritq;, eò propius ad proprietatem accedit.Ipsum vero ad vnguem proprium nec scribi omnino
potest,nec dici.Eoq; tum Empirici ij,qui in arte fuere diligentissimi, tum Dogmatici ferè omnes
fatentur nullam scribi posse curationem ad vnguem exactam. Sed id,quod ad coniecturam de
laborantis natura desideratur, alij ex proprio cuiusque medentium vsu,alij ex artificiose ratioci-
nando adijciendum esse affirmant. Nemo tamen eorum adeo fuit præceps,vt omni vlceri cauo
vnam se habere medicinam,quæ carnem restituerit, profiteretur. Non enim apud vllum inue-
nies eiusmodi pharmacum,quod omne vlcus cauum sanet,immo pro modo humoris sordisq; at-
que ipso laborantis tẽperamento imutandum medicamentum esse. Missa ergo hic Methodico-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

rum impudẽtia, age videamus, quid Empirici dicant, qui ex proprio cuiuſq; vſu exercitationeq; E
adiiciendum aliquid cenſent ad propria laboranti inuenienda remedia. Siquidem (vt ſæpe dixi-
mus) nulla eſt in arte medica nec res nec medela, quæ ſpecie dicibilis non ſit. Sed, quod nec dici,
nec ſcribi, nec omnino præcipi poteſt, id quantitas in quoq; eſt. Nam in vlceribus humor & ſor-
des dici poſſunt, quantitas in neutro dici poteſt. Quanq; hic quoq; accedere propius ad indican-
dam eam ſtudemus, exiguam copioſamq; ſordẽ dicentes, præterea tenuem, & craſſam, & prorſus
multam, & admodum paucam, & mediocrem, & competentem, aliterq; ad hunc modum varie
nominãtes, quò videlicet, quàm proxime licet, ad quantitatem indicandam accedamus. Diligen
ter igitur attendas nũc, velim, vt intelligas, quantum præſtet methodo quiduis, q̃ ſola experien-
tia, facere. Eſto nanq; notum ſit hoc vel illud pharmacum ad cauum vlcus implẽdum facultatem
habere in ijs, qui, vt nos loquimur, humidiore ſunt temperamẽto: vt autem obſeruator & Empi-
ricus, ijs, qui molli ſunt carne, ac mulieribus & pueris: deinde nunc tali admotũ nihil proſit. Nos
igitur, cuius cauſa nihil profuit, inueſtigabimus, atq; hanc in duo ęſtimãda reducemus. Nam aut
parcius ſiccauit medicamentum, aut nimium. horumq; notas habebimus ſordem, & ſaniem. Nã,
ſi pluſculum ſordis ſit, totumq; vlcus humidius, intra modum ſiccauit: Sin purũ, & abſq; humore F * πωθοῦ.
cernitur, vltra. Statim igitur menſuram quoq; exceſſus defectusq; ex ipſo notarum mõdo intelli-
gemus, tantoq; pharmacum, quod deinceps applicabitur, vel ſiccius, vel non tale admouebimus.
Empiricus autem, ſi admotum cuipiam medicamentum carnem non reſtituit, id quidem videt,
cæterum ignarus, parcius ne, an nimium ſiccando id euenerit, tranſire ad alterum non poteſt. Ad
eũdem planè modum & Eraſiſtratus, Herophilusq; ex dimidio (vt dictum eſt) Dogmatici, male
vlcus ſanabunt. quippe qui ea tantum vitia curare ratione tentant, quæ inſtrumẽtalium partium
ſunt propria: vlcus vero (vt iam dictũ eſt) commune ſimilarium inſtrumentaliumq; eſt. Ideoq; id,
quatenus in ſimilaribus prouenit, eatenus empirice curabunt. Quinetiam, ſi ea curare tentent,
quorum ſubſtantia omnino periit, aut etiam manca curtaq; eſt, in his quoque neceſſe eſt, à logice
curando multifariam aberrent. Si enim, quod periit, ſubſtantia quæpiam ſimilaris ſit, neceſſe eſt
eum, qui regignendæ huic conſulet, totius eſſe naturæ peritum. Ac de his quidem poſt dicetur.
Illud interim clariſſime oſtenſum arbitror, non eſſe cuiuſq; probe vlcus curare, primamq; omniũ
indicationem, quæ vel plebeis patet, minimam eſſe curationis partem. Nam & calorem, frigus,
humiditatem, ac ſiccitatem, actiuas qualitates eſſe, demonſtratione accepiſſe neceſſe eſt: & dein-
de, quæ nobis tum de temperamentis ſeorſum dicato volumine ſunt ſcripta, tum quæ huc perti-
nent in alijs voluminibus, omnia nouiſſe. Atq; hactenus quidem de vlcere cauo ſermo eſt habi- G
tus, ipſam tantum cauitatem curantibus nobis. Siquidem, quæ vlceris propria curatio ſit, nondũ
traditum eſt. Perficitur autem ea quoque iuxta eandem methodum: quippe quæ tum à laborãtis
partis temperamento, tum à medicamentorum facultate accipitur. Porrò ambo hæc à tractatione
de elementis pendent. Etenim, niſi illud in methodo conceſſum ſit, quatuor qualitates genituræ
corruptelę cauſas eſſe, nec methodum inchoaſſe, nec prouexiſſe, nec abſoluiſſe fas eſt. At vero, vt
illas agentes mutuo patientesq; oſtendas, id ad ſpeculationem de elementis pertinet. Quod igi-
tur in præcedentibus oſtendimus, id nunc præſenti ſermone confirmatur, Nempe nihil poſſe me
dicum de vlla ſimilarium partium agitare ſine naturali, quam vocant, ſpeculatione. Verum illic
de ſimilaribus duntaxat id eſt oſtenſum: hic iam ſermo noſter quodam modo inſinuat ne in ipſis
quidem inſtrumentalibus cuiq; integram inuenire curationem licere, qui illam nõ attigerit. Por-
rò idem in toto opere etiam euidentius monſtrabitur.

De ratione curandi ſimplex vlcus, & planum. *CAP.* 4.

VErum ad ipſam vlceris, quod ſolum conſiſtit, curationem tranſire nũc tempeſtiuũ videtur.
Fuerit autem ſolum, ſi nec affectus vllus ſimul adſit nec ſymptoma. Eſto igitur, quæ exulce
rata eſt particula, nec fluxione vexata, nec malo ſucco vitioſa, nec omnino extra naturalem tem- H
periem: ſed nec vlla ei cauitas adſit, nec vlla cutis amiſſio. Nam id quoque bona pars medicorum
præterit, nõ intelligens poſt, q̃ cauũ vlcus carne iam impletum, ac planum effectum, nihilominus
tamen hiat, duplicem adhuc particulæ affectum ſupereſſe, alterum ſubſtantiæ cutis amiſſionem,
alterum continui ſolutionem. Ergo, quoties vnum id habetur, nempe continui ſolutio, ſiue ea
ſummæ eſt cuticulæ, (quam epidermida vocant) ſiue cutis totius, ſiue etiam pariter ſubiectæ car-
nis, vitium, quod vlcus dicitur, ita exiſtit, poſtulatq; tãtum agglutinari. Quippe, ſi cõmiſſæ ſimul
ſint cutis oræ, nihil erit in medio cutis generis diuerſi, quemadmodum in eo, quod iam repletum
eſt, planumq; redditum. In hoc. n. oræ vlceris ſe non contingunt, ſed totius vlceratæ partis cutis
periit: quam vtique reſtituere oportet. At in eo, quod acuto aliquo eſt diuiſum, vna agglutinatio
requiritur, non etiam cutis generatio. Quoties ergo vlceris ſimplicis propoſitum ſit inuenire cu-
rationem, præſumendum in ſermone eſt diuiſam eſſe carnoſam particulam citra vllius portionis
amiſſionem. Nam latum, quod cicatrice inducí poſtulat, omnino cuticulam, quam epidermida
græce vocauimus, deſiderat. Hanc igitur tum gignere, tum ſibi vnire oportet. duoq; tibi hoc lo-
co exiſtunt, ad quæ, ſicuti in cauo vlcere, conſilium diriges, propterea, q̃ affectus ipſe geminus
in ambobus eſt. Quo igitur (ipſorum inquiet forte aliquis) planum vlcus à cauo diſcernitur, ſi &

geminus

A geminus vtrobique eſt affectus, & geminus curãti propoſitus finis? Nempe multitudine amiſſa-
rum partium. Quippe in cauo vlcere non ipſa modo periit cuticula, verumetiam reliqua cutis na-
tura vniuerſa, & ſubiectæ carnis portio aliquando non exigua. In repleto vlcere caro non deeſt,
exterius tamen cooperimentum deſideratur. Ac, quæ eius generis vlcerum curatio ſit, poſt dice-
mus. Nunc eius, quod vlcus tantum ſit, nec alium vllum affectum adiunctum habet, quænam
debita curatio ſit, præcipiamus. Ergo, quoniam hic ſola diuiſio proponitur, diuiſorum oras vnà
coniunctas eſſe oportet. An nõ id ſolum, verumetiam coniunctas manere? Porrò bifariam ſimul
manent, quæ commiſſa ſunt, cum alia per ſe, alia ope aliorum maneant: Per ſe quidem, quæcunq;
ſecum concreſcunt ac coaleſcunt: Aliorum ope, & quæ colligantur, & quæ glutino aliquo tenen-
tur. Ac, quæ cõcreſcant, omnino mollia naturaliter ſint, oportet. Talis ſanè eſt tum caro ipſa, tum
quæcunque ex carne conſiſtunt. Quæcunque vero dura ſiccaq; ſunt, eorum diuiſę partes coire ſi-
mul nequeunt, ſed glutinum aliquod vinculum ue, quo commiſſa maneant, requirunt. Et talium
quidem corporum ſanatio in ſequentibus præcipietur. Nunc de ijs, quæ vniri poſſunt, inceptum
ſermonem peragamus, hic quoque ipſam coitionis coaleſcentiæq; cauſam inueſtigates. Eſt vero,
ſicuti in cauis vlceribus vt caro producatur, ita in ſimplici vlcere vt oræ ipſæ ſecum coaleſcant, na
B tura certe cauſa adeo, vt, ſi, quæ diſſident, in idem ad amuſſim componas, citra omnem reliquam
extrinſecus molitionem coaleſcant. Oriturq; tibi iam alius attendẽdus finis, nempe orarum addu
ctio: à quo orſus, quibus id efficias, inueſtigabis. Quippe aut vinculo ex duobus initijs circunda-
to, aut ſutura, aut fibulis (quas græce ancteras vocant) impoſitis, aut horum quibuſdam, aut oĩbus,
quæ diducta ſunt, in idem adduces. Expedit autem, quod circunſpicitur, neq; molle nimium ſit, &
algæ ritu fragile, (bryõdes græce vocant) quò videlicet tutò contineat: neq; rurſus ita durum, vt p̃-
mendo offendat. Tum vero ipſa circunductio nec ita laxa ſit, vt nihil efficiat: nec ita vehemens, vt
premendo dolorem excitet. Hæc ſi feceris, fueritq; vlcus ſolum citra vitioſum ſuccum, aut fluxio-
nem, aut intemperiem, aut phlegmonẽ, aut aliud quodlibet vitium, proculdubio coĩbit. At, ſi vel
præ eius magnitudine fieri nequeat, vt diſiunctæ ipſæ partes exacte ad imum vſq; ſibi coniungan
tur, videlicet nec ſutura, nec fibulis, nec deligatura pertingere ad eas valente, vel etiam ſanies iam
illic ſit collecta, vel dolor quiſpiam adiũctus, eiuſmodi vlcus ex ſola partium commiſſione agglu-
tinari omnino non poteſt. Quando, quod dolet, plus aliquid affluere facit: atque etiam, ſi, quod af-
fluit, pro iuſto naturæ modo ſe habeat, attamen vires ipſæ partium, quæ tum propter dolorẽ, tum
etiam ex vulnere ſunt imbecillæ, nec, quod iuſtum eſt, ferent, ſed veluti ab iniuſto grauabuntur.
C Atque hinc omnino ſuperuacua ſanies proueniet. mirum etiam, niſi & phlegmone. Iam vero, ſi
etiam citra dolorem ſanies in medio adductorum labrorum vlceris interuenerit, aut etiam locus
quiſquam medius interfuerit, qui ſanie quidem ſit vacuus, ſed aere plenus, non poteſt eiuſmodi
vlcus ſola diſſidentium partium coniunctione glutinari. quãdo & ſanies iam vnionem diſpeſcit,
&, quę coniungendis interueniunt loca vacua, interiorum laterum frontes prohibent ſe contin-
gere. Quare illæ ſaltem vlceris partes, vt coeant, etiam carne prius impleri naturæ opera poſtu-
lant. Porrò hę adeo planè ſunt exiguæ, ſi modo diuiſæ vlceris partes rite ſint coniunctæ, vt vnius
diei ſpatium deſiderent, aut ad ſummum biduí. Hoc igitur tempore medicamento opus eſt, quod
particulam ſiccet, vt, & ſiqua ſanies iam ſubſit, hanc conſumat: &, ſiqua in vacua loca influxura
eſt, hanc prohibeat. Nunc igitur medicamentum, quod carnem producat, & mediocriter ſiccet,
rurſus mihi ad memoriam reuocabis, vt intelligamus, ſiccius ne eo eſſe glutinatorium debeat, an
ſecus. Sanè, quod carnem producit, ſi totum, qui cõfluit, ſanguinem conſumeret, ipſam materiam
creandæ carnis ſic adimeret. At glutinatorium aut omnino carnis generatione non eget, aut pla-
nè exigua. quare plus ſiccet, oportet, quàm quod carnem producit. Ergo tum hac ratione tenui
quadam differentia inter ſe diſſident: tum vero altera non parua, quatenus ſcilicet, quod carnem
D producit, ſtatim etiam detergendi vim obtineat, oportet, quò non modo redundantiam humoris
ſiccet, ſed etiam ſordem auferat. Glutinatorium vero nec detergeat, nec expurget, ſed contra pror
ſus ſubſtantiam omnem in idem cogat. Cuiuſmodi facultatem habent medicamenta ea, quę auſte
ra & adſtringentia vocantur. Hæc nanque in idem cogendi, ac ſtipandi, non detergendi, neq; pur
gandi facultatem habent. Quo fit, vt, vbi carni producẽdę ſtudemus, maxime cauendum ſit a me
dicamento, quod adſtringat, vtpote quod ſordem vlceribus arctius affigat, q̃ vt facile poſſit abſol
ui. Vnum igitur omnis vlceris, qua vlcus eſt, optimum eſt medicamentum. Quòd ſi nec illud,
qua vlcus, ſermoni ſit adiectum, idem tamen, arbitror, intelliges. Quippe recordationis tantum
cauſa eſt additum, (nequis obaudiat) non ſicut neceſſarium aliquid definiens. Adeo, ſi memorem
te eorum omnium, quæ in proximo libro ſunt tradita de rebus ſingulis tum nominandis, tum ve-
ro ſubiectis præſtiteris, nihil eſt, quòd talia tibi de cætero definiam. Illud tantum abũde mihi erit,
ſi per ſingula eorum ſimplices affectus à compoſitis ſecernam. De quibus mihi nõ nihil prius eſt
dictum, ac nunc nihilominus eſt dicendum, non adeo mehercle rei ipſius cauſa, quàm q̃ plerique
medicorum dictione ipſa decepti, cauum & æquabile, recens & inueteratum, ſordidum & pu-
rum, liberum phlegmone, & phlegmone impeditum, putant differentias eſſe vlcerum. Neceſſe
igitur eſt diſtinguere, quæ propriæ vlcerum differentiæ ſint, & quæ aliorum affectuum comple-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

xiones. Verum hoc posterius paulo. Sanè solennis veteribus doctrina(quæ vtinam nunc esset in E
vsu)maxime naturalis est. Quippe ij simplicis cuiusq; affectus propriam curationem dicunt, præ
cipueq; omnium Hippocrates. Medendi nanq; methodus ad hunc modum bellissime procedet,
si de singulis simplicibus seorsum præceperimus: post deinde de compositis omnibus alteram ali
quam methodum indicauerimus. Veluti enim, si duo vere essent in victus ratione morbi, clausus
& fluens, id est, qui in retentione, & fluore spectarentur, cum seorsum vtriusq; curationem di
xissemus, de coniunctione amborum esset agendum, sicut Thessalus ipse cẽset: eodem, arbitror,
modo, quoniam vlcerum, qua vlcera sunt, vna omnino est species, tum phlegmonarũ, qua phleg
mone sunt, altera itẽ species vna est, oportet, vbi seorsum vlceris, seorsum rursus phlegmones cu
rationem tradideris, post deinde ambas in idem coniungere. Id igitur si fecerimus, omne profec
tò vlcus tum siccari debere, tum etiam adstringi, pro dicta iam methodo inueniemus, non tamẽ
detergeri: contra, cauitatem in carne siccari quidem postulare & abstergeri, minime autem ad
stringi. Quinetiam ad eundem modum, quem prius diximus in cauis vlceribus, nunc ad por
tionem naturam corporis æstimabimus, mollis'ne ac lãxa sit, an dura, sicca, & cõpacta. Siquidẽ * βρυώδης.
prior, quãto est humidior, tanto medicamentis minus siccãtibus eget. Posterior, quatenus est sic- * σύντονος.
cior, eatenus rursum, quæ vehementius siccent, magisq; adstringant, desiderat. Empiricus enim, F
arbitror, hic quoque pueros, & fœminas, & qui tenero sunt corpore, memorabit, iuuenes, agri
colas, & nautas his opponens. Cęterum, cum non intelligit, q; in pueris & fœminis propter humi
ditatem temperamenti eiusmodi medicamenta visa sunt conducere, rursus altera messoribus ac
nautis propter siccitatem conuenire, nec cuiusq; corporis curationem exacte conijciet, nec erro
ris causam deprehendet. Quo fit, vt nec intellígat, quemadmodum se ad potius transferet, vbi pa
rum cessit ijs, quæ per experientiam prius nouit. Hæc igitur summatim de glutinatorijs medica
mentis diximus. Hinc vero altera quædam methodus succedit ad eorum præparationem compo
sitionemq; pertinens. Siquidem cauo ulceri, quicquid volumus, statim applicamus, siue siccum
id, siue humidum medicamentum sit. Licet enim omni parti ulceris ea tum inspergere, tum illini
re: at in vulneribus, quorum maior est profunditas, id non licet. Quippe, vbi semel oras coniunxe
ris, contingere, quæ in imo sunt diuisa, non possis. Considerandum igitur est non modo, an siccãs
adstringensq; modice medicamentum sit, verũetiam an peruenire ad imum valeat. Nam & ce
russa & lithargyrus siccant, adstringuntq; modice, sed, si ea cineris ritu circa vulnus inspergas, ni
hil proficies. Neq; enim ad fundum peruenit medicamenti vis, quod ita sit siccum. humiditatem
igitur quandam desiderat, quò simile emplastici sit, vel etiam humidioris cuiusquam medicami- G
nis. Verum hæc operis eius, quod de medicamentorum compositione præcipit, propria speculatio est, non eius, quod de medendi ratione instituitur. Quòd siquid ea ad rem propositam indige-
bimus, id procedente opere attingemus.

Quid differant glutinatoria medicamenta ab ijs, quæ cicatricem inducunt. CAP. 5.

NVnc ad vlcus, quod cicatrice induci postulat, reuertar: de quo pauloante dixi eius quoque
primum, quò tẽditur, finem ex eodem esse genere, cuius est & cui. Quippe regignere ali
quid opus est, quod perijt, non tantum vnire, quę dissident: cæterum diuersa ratione hic gignere,
quod defit, quàm in cauo: quando illic sanguis, hic caro pro materia sit. Siquidem, quod cauum
est, impletur ex gignẽda carne, quæ ex sanguine ortum habet. At ad cicatricem perducitur, quod
iam est impletum, ex gignenda cute, quæ ex subiecta creatur carne. Cæterum caro eadem specie
cum ea, quæ perijt, gigni in cauo vlcere potest: Cutis talis omnino, qualis erat, quæ perijt, pror
sus restitui non potest, sed simile quiddam cuti, & quod eius officium suppleat, potest, non ta
men planè cutis. Ac causa quidem, cur sicuti caro adepsq; regignuntur, ita cutis, quæ prorsus pe
rierit, regigni nequeat, ex naturalibus problematis est petenda. quemadmodum autem tum na- H
turam, tum vsum cutis imitemur, hinc accipiendum. eiusq; rei methodum iam tradamus. Quo
niam tegere carnem naturali aliquo tegumento propositum est (quippe id est ducere ad cicatri
cem vlcus) aut cutis nobis generanda est, aut summa caro cuti similis efficienda. Verum, vt cutis
regeneretur, fieri omnino nequit. quod superest igitur, efficere est tentandum. At quæ igitur
huius efficiendi est ratio? Nempe alteratio. Quippe, vt carnis pars quæpiam non amplius caro
permaneat, sed veluti cutis euadat, postulamus. Quo pacto igitur (inquies) alterabitur? Profectò
alicuius alterantium qualitatum ope. Incidit enim rursus hoc loco, vel nolentibus nobis, de ele
mẽtis sermo: sine quo nec, quod cicatricem inducat, inuenire medicamẽtum licet, nedum quod
carnis producendę, aut agglutinandi facultatem habeat. Ergo, quoniam cutis carne ipsa tum sic
cior est, tum etiam densior, si carnem siccabimus & adstringemus, cuti etiam persimilem redde
mus. Habes medicamenti, quod cicatricem inducit, summam. Verum ea non satisfacit: nam &
glutinatoria tum siccabant, tum etiam adstringebant. Ergo, quo hæc ab illis distent, id, si ipsam re
rum substantiam inspicias, inuenies. Nam, quoniam in glutinatione vlcerum siccandum, quod
affluit, est, quò videlicet affecta pars superuacuis vacet, in cicatrice ducenda non modo, quod
affluit, verũetiam humor, qui in ipsa carne continetur, est consumendus, multo profectò siccius,
quod

A quod cicatricem inducat, quàm quod agglutinet, esse conueniet. quando glutinaturo vnũ id pro
posítum est, vt eius, quod secundum naturam est, redundantiam consumat. qui cicatricem induc
cet, non hoc modo, †{verũetiam vt ei, quod secundum naturam se habet, aliquid deradat.} Galla
igitur immatura hoc loco, & mali corium, †& Ægyptiæ spinę fructus modice siccantia pharmaca
sunt: Chalcitis, & æs vstum, & æris squama, & misy, & fissum alumen multo his sunt valentiora,
Misy quidem & chalcitis præcipue, mitior autem æris squama, atq; etiam hoc mitius æs vstum.
Quod etiam si lauabis, vtiq; † minus mordens medicamentum habebis. Porrò hoc quoq; ad spe
culationem de componendis medicamentis pertinet, quæ sanè medẽdi methodum ordine sequi
tur. Nam medicamentorum facultates nosse, id quidem medendi methodum præcedit, tracta
tumq; de his alibi est: Compositio vero medicamentorum, medendi methodum sequitur. Quip
pe, vbi hæc vniuersale præcepit, dico autem siccandum, aut humectandum, aut calfaciendum, aut
refrigerandum esse, tum vel modice id faciendum esse, vel valenter, vel leuiter, intelleximusq; cu
iusq; simplicium medicamentorum facultatem, hancq; per se & seorsum perpensam, tum profec
tò, quo pacto quis ea commode ad vsum miscuerit, considerare conueniet. Existit igitur eo pac
to duplex de medicamentis peritia, altera de eorum viribus: altera de compositione ac præpara-
B tione. Verum ad id, quod supererat methodi de vlceribus, redeundum est.

† In antiquis clarior lectio. ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ὑγροῦ ἕψεται. verũetiam vt eã, quę sm naturã se habet, humiditatem aggrediatur.
† Antiquus addit, & balaustia.

De methodo vlcerum curandorum, quibus caro supercrescit. CAP. 6.

SVpereſt autem (vt arbitror) de supercrescente carne dicere, quam hypersarcosin Græce vo
cat pleraq; medicorum pars. Est porrò is quoq; morbus ex eo genere, quod in quantitate ma
gnitudine've partium spectatur. licet enim, pro arbitrio voces. Ex eodem genere & cauitas erat,
de qua iam egimus. Ergo, veluti, quod vlcus cauum vocant, non vnum est vitium, sed pariter &
cauitas, & vlcus, ita vlcus, quod supercrescentem carnem habet, non vnus est morbus, sed simul
caro supercrescens, & vlcus. Indicat autem magnitudo, quæ præter naturam est, primam indica
tionem, (quam etiam veluti metam inueniendorum remediorum diximus.) ipsius scilicet exupe
rantis ablationem. At hæc sola medicamentorum ope perficitur, non opera naturæ: videlicet
contra, quàm in carne restituenda aut glutinatione se habuit. Hæc enim naturę ipsius sunt opera
pharmacis tãtum, quę actioni eius obstant, submouentibus. At supercrescentis carnis detractio,
nullum quidem naturæ opus est, sed medicamentis perficitur, quæ vehementer siccent. Porrò
proxima sunt eiusmodi medicamenta tum ijs, quæ valenter detergent, tum ijs, quæ cicatricem in
ducunt, sic, vt non pauci interim per errorem medicamentum, quod carnem minuit, vel pro eo,
C quod sordem deterget, vel pro eo, quod cicatricem inducit, accipiant: vt (ne ab exemplo nostro
recedamus,) misy & chalcitim, si humidæ naturæ applicabis, potius carnẽ demere, quàm cicatri
cem inducere deprehendes. Vnde, siquando ijs vti ad cicatricem inducendam in aliorum penu
ria cogimur, parcissime ipsis vtemur, summum tantum specillum in ea ad exactissimum leuorem
tunsa demittentes, ac post velut tenuissimum quendam pollinem partibus, quæ cicatrice induci
postulant, imponentes. Quòd si minuere, quæ supercreuere, studemus, liberalius imponemus.
Sanè ærugo magis etiam, quàm hæc, minuere carnem potest, ita, vt genus eorum, quæ cicatricẽ in
ducant, omnino sit egressa. At, si illa etiam aduras, vt minus acria, sic ad cicatricem inducendam
reddes magis apta: Si vero etiam laues, adhuc fient mitiora. Meministi vero, arbitror, & tu eius, q
cerebri illo viridi medicamento sordidum vlcus citra rationem curabat, mel quidem ei admiscẽs,
multis autem deinceps diebus æque sordidum reperiens: deinde inops consilij, nec habens, quò
se verteret, (Accidebat enim, vt non modo non purgaretur sordes, sed etiam vt de subiecta quo
que carne non nihil vnà detraheretur & colliquaretur propterea, q medicamentum valentius,
quàm pro laborantis natura, erat.) plus deinde (vt erat egregius medicus) mellis assidue medica
mento adijciebat, quò videlicet adhuc valentius purgaret, ceu non satis id medicamentum prius
D adhibitum fecisset. Euenìebat autem planè contra: quippe, quantum ille intendebat medica
menti acrimoniam, tantum caro subiecta colliquabatur. Quod vero in vlcere ex liquata carne
sordis apparuit, id medico, ceu medicamentum nihil efficeret, imposuit. Atque huius quidem
ignorantia etiam in discernendi peritia erat, non solum in medendi methodo. Etenim, si quàm
maxime similiter sordidum {& humidum} ex vtroq; medicamento vlcus deprehenditur, at cer
te cauitas maior ex valenti, et, quod colliquat, medicamẽto efficitur: quinetiam labijs prçaltis, ru
brumq;, & phlegmone quodam modo affectum vlcus cernitur. Aliquando vero mordicationem
quoq; manifestam ex huiusmodi medicamento æger sentit. Quod vero minus, quàm par est, sic
cat, nec mordet, nec quicquam efficit eorum, quæ retuli. Patere autem & in his arbitror Empiri
cum, etiamsi experientia quàm maxime distincta discretaq; vtatur, transire tamen, vbi quid non
cessit, ad id, quod expedit, artificiose non posse, immo vni illi id licere, qui vera methodo (quam
ipse nunc instituo) medetur.

Quid differat ratione recta curare à curatione Methodicorum, ac Empiricorum. CAP. 7.

QVippe, quam Thessalij isti a methodi methodum profitentur, nomen duntaxat esse nu
dum intelligis, omnis effectus vacuum. Qui, cum tanta, tamq; multiplex saltẽ methodus
sit in vlcere sanando, neque Empiricorum discrimine ad inuenienda remedia sunt

vſi,neq3,ſicut Dogmatici,ab ipſa rerum natura indicationem agendorum ſumpſerunt:ſed ſolum E
id,quod nec vulgares lateat,proponentes,nempe cauum vlcus carne impleri poſtulare, plenum
cicatrice induci,quod carne ſupercreſcente luxuriat,minui,ſordidum expurgari, †{mundum vel
cicatrice induci,vel agglutinari,}vlcerum curationis methodum quandam explicaſſe ſe putant:
tantum ſcilicet abſunt,vt intelligant humidioribus naturis minus ſiccantes medicinas conduce-
re,ſiccioribus,quę magis ſiccent. Ergo, quod in tota diſputatione noſtra manifeſte apparuit, id
denuo reſumendum eſt, vt & nos illi quàm maxime ſimus attenti,& reliqui omnes, qui veterem
methodum corrumpunt,quantum aberrẽt,clarius intelligant. Incipiam vero ab eo vlcere,quod
carne impleri poſtulat,vnum id pro exemplo proponens,quando etiam proxime de eo ſermonẽ
feci. Ab hoc,de omni ſimul in vniuerſum curatione loquar. Ergo illud non ratione modo, ve-
rumetiam experientia conſiderantibus apparuit,non omnem naturam eadem medicamenta re-
quirere,ſed infirmiores molliores3 mitiora,validiores ſicciores3 valentiora. Ita vero tum in iſs,
quibus cicatrix inducebatur,ſe habebat:tum etiã,quæ glutinatione egebant.Omnino enim nul-
lum vehementium pharmacorum ferunt molles naturæ. In eiuſmodi vero ſermonis noſtri decur
ſu perſpicuum plane ſit,tum ægri naturam eſſe conſiderandam, tum cuiuſque hominis propriam
eſſe curationem,tum ſupra hæc illud tertium,nempe,quoniam cuiuſq3 naturæ proprietas ineffa- F
bilis eſt,nec exactiſſima ſcientia comprehenſibilis,hunc eſſe optimum cuiuſque particularis ęgri
tudinis medicum, qui iam methodum quandam comparauit,ex qua & dignoſcere naturas poſ-
ſit, & coniectura conſequi, quæ ſint cuiuſque propria remedia. Porrò exiſtimare communem
quandam eſſe omnium hominum curationem,sicuti ſtupidiſſimi methodici putant, extremæ eſt
dementiæ. Atqui illi ob id ſtata eſſe putant omnia medicinæ artis theoremata, hoc eſt eiuſmodi
eſſe,quæ ſcientes homines faciant,firmamq3 ſui notitiam præſtent,†{ipſorumq3 artem, notitiam
quandam eſſe}communitatum, non proprietatum, tanquam communem & generalem homi-
nem,non particulares curarẽt.Ergo, ſicuti in alijs omnibus ſtatim inter initia ſunt lapſi, ſic in hoc
quoque.Siquidem curatur non homo communis & generalis,ſed noſtrum quiſque,alius videli-
cet aliud temperamentum naturamq3 obtinens. Hi vero vnam eſſe omnium hominum curatio-
nem exiſtimant.Ego contra,ſi cuiuſque priuatim naturam explorare ad vnguem ſcirem,vtique,
qualem fuiſſe Æſculapium mente concipio,talem me eſſe putarem.Sed, quoniam id fieri non po
teſt, certe vt, quoad homini licet, quàm proxime accedam, tum ipſe me exercere decreui, tum
alios, vt idem faciant, adhortor. Ac conantur quidem, quãtum poſſunt & Empirici, vt à com-
munibus ſecedere,ita propius ad ea,quæ propria ſunt,accedere. Verum, quantum hi quoque ab G
eius rei perfectione abſint,ſupra eſt dictum. Non enim hæc in pueris, vel mulieribus, vel ſeni-
bus, vel mollem carnem albamq3 habentibus,aliaq3 id genus,pro certis diſcretionibus(ſicuti illis
placet)ſunt ponenda,immo, quemadmodum in humore & ſiccitate corpus ſe habeat.Ac Empi-
ricos quidem medicos, tum ob alia multa, tum ob id probare maxime conuenit,quòd accedere,
quantum licet,ad ægri proprietatem conantur. Poſt enim reliquas diſcretiones omnes, quas
adhibent, etiam,quæ à conſuetudine ſumitur, adijciunt, tanquam hinc remediorum, quæ ęgro
magis ſint propria,compotes futuri. Dicetur autem à nobis in ſequentibus de conſuetudine fu-
ſius, vbi pro cognoſcenda proprietate laborantis naturæ,etiam diſcrimen à conſuetudine priſcis
inuentum eſſe probabimus. Hanc itaq3 cum reliquis Empirici recipiunt,& præter hanc,ipſum
etiam medicum,qui ſæpe ęgrum inuiſit,quàm eum,qui non viderit,commodius curaturũ aiunt.
Poſtea tamen, cum hęc omnia adiecerint,ſtabilem ſe atque ſcientificam habere notitiam propriæ
curationis ęgri adhuc non dicunt.At vero impudentiſſimus Theſſalus illud modo vnum intel-
ligens,q3 cauum vlcus ſit implendum,conſtantia tamen & firma dicit eſſe medicinæ theoremata.
quanquam hoc ſaltem omnes (vt ante iam dictum eſt) homines ſciunt, non ij modo, qui nunc
ſunt,poſtquam Theſſalus iſte, alter videlicet Æſculapius,in lucem hominum venit,ſed etiam,ar- H
bitror,qui ante Deucalionem, & Phoroneum fuerunt, ſi modo hi rationales erant. Immo vero
præter hoc,quòd carne eſſe implendum cauum vlcus nouerunt,etiam illud non ignorarunt, qui
medicamenta noſſet,quæ tale vlcus carne implerent,hunc medicum eſſe. Atq3 hæc ſi per experi-
entiam ſunt inuenta, conſtat empirice nobis eſſe curandum: ſin ratione inuenta ſunt, logice.
Non enim profectò aliud inuenit, alio autem nunc commode vtetur. Verum de eo nobis cum
Empiricis lis eſt. Quod autem dicere cœperam, vera ipſa medicina de laborantis natura conie-
cturam fecit.Nominat,arbitror,id vulgus medicorum græce Idioſyncraſian:omneſq3 id incom-
prehenſibile fatentur,ideoq3 ipſam veram medicinæ artem Æſculapio, Apolliniq3 concedunt.
Pendet porrò omnis hæc ratio ex duplici principio, Empiricis obſeruatoribusq3 ab iſs,quæ ma-
nifeſte apparẽt:Logicis autem,ab ipſis elementis.Nam,q3 alij aliud medicamentum proſit, etiam
pueri iam fermè ſciunt,& ratio pariter,quæ ab elementis ducitur, id confirmat. Si nanq3 quinde-
cim differentias in hominum temperamentis ex minoris in iſs maioriſq3 ratione, idq3 in humida
tantum natura ſtatuas,neceſſe profectò eſt, medicamentorum etiam,quibus ſis vſurus,quindecim
differentias noueris:quarum aliæ magis,aliæ minus ſiccent,quò nimirum,quod cuiq3 naturę cõ-
gruat,inuenias.Quòd ſi etiam in ſicciore natura alijs quindecim poſitis,ad has quoque pari mo-
do alia

† Codices græci legunt, mundũ cicatrice induci, recẽs agglutinari.

† Ita legũt antiqui codi. vt Linacer.ſ. ἕναι τε τὴν τέχνην αὐτῶν γνῶσιν τινα &c. ipreſſi ãt vice verſa. ἕναι τὴν γνῶσιν αὐτῶν τέχνην τινα,i. ipſorumq3 notitiam,artẽ quãdam eſſe.

A do alia quindecim medicamenta requiras,habebis in totum triginta medicamenta, quæ triginta naturis conuenient. quibus vti is demum ſolus commode poterit,qui in corporum temperamẽtis diligenter ſe exercuerit.Nunquid igitur,ſi totum corpus temperamento ſit ſicciore,ab iſs, quę magis ſiccent, medicinis iuuabitur:ſi vero pars quæpiam eius,cæteris partibus natura ſit ſiccior, quæ minus ſiccent, requiret? An liquido patet hic quoq3, quæ pars ſiccius temperamentum obtinuit,hanc etiam,quæ magis ſiccent, poſtulare: quæ humidius ſit ſortita, minus ſiccantia? Atq3 hoc totum prætermittunt amethodi iſti Theſſalij, qui vnam omni particulæ congruere medicinam putant. Empirici autem,quantum in hoc Theſſalios iſtos Methodicos ſuperant, tantum à veris Methodicis Logicisq3 ſuperantur.Habent enim profectò illi quoq3, ab ipſo ſcilicet vſu edocti,aliud medicamentum ad ea vlcera,quæ in oculis accidunt:aliud ad ea,quæ in auribus,aut articulis,aut carnibus,aut ſola cute.Cæterum,quòd nec in iſs ſe transferre ad aliud poſſint,ex iſs,quæ ſupra diximus,facile patet.

Quo pacto in curandis Vlceribus corporum temperiei aerisq3,ac partium naturæ ratio ſit habenda. CAP. 8.

QVoniam autem & de his ſatis iam dictum eſt, rurſus ad diſputationis initium reuertamur,miſceamusq3 vlceri omnes,qui ſimul cum ipſo incidunt, affectus,ab intemperie primum orſi.Si enim exulcerata caro,vel prius etiam ex quauis occaſione,vel ipſo vlcera- B tionis tempore,iuſto calidior frigidior ve eſt effecta,vtique medelam exigit,quæ non modo moderate ſiccet,ſed etiam intantum calfaciat, refrigeret ve, inquantum ſubiecta caro à naturali ſuo habitu receſſit:cum fieri non poſſit,vt in vlcere,vel carnis productio, vel ſinus impletio, vel agglutinatio,vel cicatricis inductio recte vnquam cedat, niſi ſubiecta caro pro naturali modo ſe habeat.nec fruſtra dictum ſupra eſt hęc omnia naturę eſſe opera,purgari tñ ſordida,minuiq3 ſupercreſcentia etiam carne naturalem ſtatum non ſeruante poſſunt propterea,quòd tantum hæc medicamentorum ſunt opera. Quocirca legitimi vlceratarum partium temperamenti, quoties eas vel carne implere, vel glutinare,vel cicatrice inducere ſtudes, maior tibi ſolicitudo erit. Seruari nanq3 debebunt naturæ motus,quos comprehenſorum ſingula comitantur. At aliàs non ſeruabuntur,niſi prorſus ſe pro naturæ ſuæ ratione pars habeat. Veluti igitur, ſi phlegmone cum vlcere vnà eſſet,prius,quàm hæc diſcuſſa ſit,nemo id vel carne implere,vel glutinare, vel cicatrice inducere tentarit, ad eundem, arbitror, modum etiam, ſi ſine phlegmone ſola ſubſit intemperies, nullum horum fore prius ſperabimus,quàm illa ſit ſanata. Rurſus igitur hinc indicatio quædam ad medicamentorum,quæ ſuperius comprehenſa ſunt, inuentionem oritur. quippe omnia ea C ſiccantia erant,ſed diſſidebant inter ſe pro intenſionis remiſſionisq3 modo. Cæterum definitum antea non eſt,quatenus in calefaciendo frigefaciendoq3 ſe haberent: ſed methodus hoc quoque inueſtigare quodammodo cogit. Non enim tantum,an ſiccet, ſed an etiam non valde calefaciat, aut refrigeret,expendi oportet. Ergo altercum, & mandragoram, & mẽconium, ceu ſupra modum refrigerantia,fugies,tametſi ſiccant ea quoq3,quantum ſit vlceri ex vſu.Reſina vero, & pix, & aſphaltus,quanquam modice ſiccant,tamen immodice ſunt calida. Ideoq3 eis nemo vtetur ſolis,nec aliter,niſi cum leuiter refrigerantibus admiſtis vnum ex omnibus medicamentum fecerit,quod ſit temperatum. Si igitur hæc ita ſe habent,ſicuti profectò habent,inſpici etiam conueniet et circundantis nos aeris temperiem.Siquidem,veluti medicamentum quoddam,is quoque corporibus noſtris forinſecus incidens,vbi immodicus calore,vel frigore eſt, ſanationem morat. Danda igitur opera eſt,vt medicamenta eius exceſſui occurrant.Ideoq3 Hippocrates in calidioribus anni temporibus,iſs, quibus frigidior facultas ſit,medicamentis vtitur,calidioribus aũt p frigidiora. Non ignoras profectò hic quoq3 ex ſtupidis Methodicis quendã fateri, quo pacto in ca- D lore,& frigore ſe habeat,qui ęgrum continet,aerem ſe inſpicere,non tamẽ anni tempora inſpici p mittere:quaſi nomina ipſa temporum anni profint obſint ve, nõ eorum temperamenti ratio:aut nõ huius cauſa veteres medici ad ea reſpexerint. Verũ,quòd, qui certa methodo curare vlcus debet,huic neceſſe ſit,tum ad prima elemẽta vel maxime venire,tum anni tempora,& corporũ temperamenta non in toto modo,verũetiam in ſingulis partibus conſiderare, abunde monſtratum reor. Rurſus vero repetendum hoc etiam loco eſt,quod prius diximus in indicatiõe, quæ à ſicco humidoq3 ſumitur.Nam,ſicuti in illis humidior natura humidiora, ſiccior ſicciora medicamenta exigebat,ita nunc calidior calidiora,frigidior frigidiora requiret,cõtrariam.ſ.ſemper iſs, quæ præter naturam,& iſs,quæ ſecundum naturam ſunt,indicationem præſtantibus. quippe, quæ ſecundum naturam ſunt,ſimilium ſibi indicatiua ſunt:quæ præter naturam,contrariorum, ſi modo illa ſeruari,hæc ſubmoueri neceſſe eſt.

*Antiqui co.legũt μηκώνειον. ipreſſi κώνειον .i.cicutam.

De curando Vlcere cum indicationes contrariæ inuicem extiterint,ac de triplici fonte indicationum curatiuarum. CAP. 9.

AC,quòd tum corporum temperies,tum anni tempora, tum partium naturæ, conſideranda illi ſint, qui probe vlcus ſit ſanaturus, clare me docuiſſe exiſtimo:ad hæc, q3 prima quidem medicationis indicatio à ſolo ſumatur affectu, remedia tamen inde inueniri non poſſe, niſi prius ad corporum elementa ſit aſcenſum,& ægri temperamentũ ppenſum, non corporis mõ vniuerſi, ſed etiam afflictæ particulæ,cum hoc quoq3 ambientis temperie æſtimata: quæ vtiq3 cum ad preſentes

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

sentes ſtatus, tum vero regiones extenditur. Quòd autem contrariæ ſubinde in vna curatione E
indicationes ſint, atque has quemadmodum tractare conueniat, latius quidem dicetur in ſequen
tibus: non tamen alienum ſit nunc quoq; paucis de ipſis egiſſe. Etenim, quòd ægri temperamen
tum ſit humidius, particula ipſa, quæ laborat, ſiccior: aut cõtra, quòd hæc ſit humidior, totius tem
peramentum ſiccius, mirandum non arbitror. pari modo in calore, & frigore, quòd contrario tẽ
peramento ſit pars cum toto. Veluti igitur, ſi totum corpus medio temperamento eſſet, (quod
eſſe optimum docuimus) nihil planè, quantum ad laborantis naturam attineret, in medicamentis
nouaremus, ita, vbi vel ſiccius, vel humidius, vel calidius, vel frigidius iuſto cernitur, eatenus in
tendere vires medicamentorum oportet, quatenus corpus ad naturalem intemperiem eſt ver
ſum. Non enim, arbitror, excidit nobis, quæ naturalis intemperies ſit, & quæ præter naturam.
dictum enim de ipſis eſt in alijs, ac præcipue in libro, qui de inæquali intemperamento eſt inſcri
ptus. Pone igitur totum laborantis corporis temperamentum humidius eſſe, eoq; medicamenta
deſiderare, quæ minus ſiccent: ipſam vero ægram particulam ex earum numero eſſe, quæ ſiccio
res ſint, (qualia eſſe diximus, quæ minus ſunt carnoſa, cuius generis ſunt, quæ circa digitos, & ar
ticulos habentur: præterea quæ circa aures, & naſum, & oculos, & dentes, ſunt, ac, vt ſemel dicam,
vbi crebræ chartilagines, & membranulæ, & ligamenta, & oſſa, & nerui ſunt: adeps vero, & ca F
ro, vel omnino nulla eſt, vel perquam exigua,) diuerſa in his eſt ea, quæ à patiente particula acci
pitur indicatio, ab ea, quæ ex ægri ſumitur natura. Quare, ſi, quanto ægri temperamentum iuſto
eſt humidius, tanto particula iuſto ſit ſiccior, nec adijciendum, nec detrahendum pharmaco quic
quam eſt, ſed tale adhibendum, quale, ſi vlcus in mediꝰ temperamenti particula corporis media
criter temperati conſiſteret, adhiberemus. Sin ſiccior debito particula magis fuerit, quàm corpo
ris temperamentum iuſto eſt humidius, vtique in tantum intendi ſiccitatem medicamenti conue
niet, quantum particulæ temperamantum totius temperamentum excedit: veluti, ſi quatuor nu
meris ſit exulcerata pars medio temperamento ſiccior, ægri natura gradibus tribus humidior,
manifeſtum eſt particulam, quæ nunc exulcerata eſt, ſiccius vno gradu deſideraturam medica
mentum, quàm quæ pars ſit temperata. Quòd autem hæc omnia coniectura ſint accipienda, tum
quòd optime conijcere poterit, qui in ratiocinando de his ſit exercitatus, liquido patet. Ac in ta
libus quidem omnibus contrariæ ſubinde indicationes vno tempore fiunt. Neq; enim eſt, quod
de indicationibus, quæ à calido & frigido ſumũtur, etiamnum dicam, vtpote, quæ ad portionem
dictorum intelligi poſſunt: In alijs vero, etiam temporibus †{quibus perficiendę ſunt,} indicatio
nes ſeparantur. oportetq; in principio præſertim curationis alterum ceſſare, alterum officio fun G
gi: Sicut, exempli cauſa, cum vlcus cauum ſimul ſit, & admodum ſordidum: quippe affectus præ
ter naturam in hoc triplex eſt, vlcus, cauitas, & ſordes. Ordo vero ſanationis à ſorde expurgan
da ordietur, quòd videlicet nec glutinari quicquam, nec carne impleri poteſt prius, quàm purum
fuerit. Secundum locum exiget cauitatis ſanatio. Si nanq; vel glutinabimus, vel cicatricem indu
cemus, vel (vt ſummatim dicam) curabimus vlcus, cauitatem implere non poterimus. Pone ergo
non ſolum tria hæc particulam obſidere, ſed etiam phlegmonen, vel eryſipelas, vel gangrænam,
vel intemperiem aliquam ſimplicem compoſitam ve: num nam hic manifeſtum eſt, quòd, niſi
quis illam prius ſanauerit, implere carne cauum vlcus non poterit? Quippe dictum ſupra eſt car
nis generationem ex ſana, quæ ſubiecta ſit, ortum habere. Ex ea vero, quam phlegmone premit,
& intemperata, & vno verbo ægrota, caro gigni noua nõ poteſt. Ergo in omnibus eiuſmodi cõ
plexionibus triplex tibi propoſitus finis erit, vnus veluti à cauſis ſumptus eius, quod poſt futu
rum eſt: alter vt quod rationem obtinet eius, ſine quo nõ: tertius eius, quod veluti accelerãtium,
& vrgentium nominatur. Siquidem iuſta ſubiectæ carnis temperies, cauſæ rationem habet, vt
quę concreſcere ſecum, quod vlceratum eſt, faciat, & cauitatem impleat. Puritas vlceris rationem
eius, ſine quo non, atque hanc ſordes interpellans, curationem moratur. †{Habet vero & ipſa ca- H
uitas ad vlcus rationem eius, ſine quo non: quando, niſi cauitas prius impleta ſit, inducí cicatrice
vlcus non poſſit.} Ergo, ſi ad hæc reſpexeris, ordinem ſanationis inuenies, veluti, ſi phlegmone,
& cauitas, & vlcus, & ſordes ſimul in eadem particula conſtiterint, primum phlegmonen, ſecun
do loco ſordem, tertio cauitatem eſſe ſanandam, & quarto vlcus. Ac in iam dictis quidem, tum
ordo, tum agendorum inuentio ex his ſumitur. Vrgentis vero indicatio inter iſta non habetur:
in alijs autem habetur. Nam affectus, vnde primum maxime que imminet homini periculum,
hic primus curari debebit: interim vero non primus modo, verumetiam ſolus, veluti ſi puncto
muſculi capite conuulſio, quæ nulla conuenientium medicamentorum vi remittatur, ſuperue
niat: quippe præciſo per tranſuerſum toto muſculo conuulſionem quidem ſanaueris, aliquem
tamen ex particulæ motibus vitiaueris. Ad eundem modum, cum è vena, vel arteria ſanguis im
modice profluit, ſi totum vas per tranſuerſum præciderís, vlcus quidem eius ſanare poſtea non
poteris, periculum tamen, quod ex profluuio ſanguinis impendebat, ſuſtuleris. Iam neruum pũ
ctum ſæpe cogimur tranſuerſum præcidere, quoties vel conuulſiones, vel deliria, vel ambo, ma
gna ægreq; ſanabilia ſuperuenire vulnerationi cernimus. Pari modo, vbi luxatio cum vlcere in
aliquo maiorum articulorum incidit, vlcus ſanamus, luxationem autem inſanatam relinquimus:
quando

† Al. ἐυθύς. id ē ſtatim.

† Al. ex eod. im preſſis græcis, verti poteſt: Hēt autē & vlcus ad cauitatē rationē eius, ſine quo nō, qñ, ſi vlcus inductum cicatrice fuerit, non amplius cauitas ſ pleri carne poterit.

A quando, ſi hanc quoq; ſanare conemur, conuulſiones omnino ſequẽtur. Tertius itaq; propoſitus
medendi finis is eſt, qui ad id, quod vrget, dirigitur, diuerſus nimirum à duobus illis modo dictis.
Neq; enim idem eſt, aliquid vel vt cauſam conſiderare, vel vt id, quod rationem obtinet eius, ſine
quo non, vel vt id, quod vrget. Sed & quod vrget, tum eiuſmodi interdum eſſe, vt alium inſanabi
lem affectum relinquat, dictum iam eſt: tum vero affectum ipſum non nunq; à nobis ipſis induci
partim in neruo puncto, vel tẽdone, vel vaſorum cuiuſq; ſanguinis profuſione, partim in muſcu
lo, cuius caput eſt vulneratum. Nam, vbi luxatio cum vlcere vnà conſiſtit, non ipſi affectum faci
mus, ſed tantum eum, qui factus eſt, non ſanamus. Dicetur vero de ijs accuratius in ſequentibus.

De proprijs Vlcerum differentijs, ac quæ ex ipſis indicationes præbeant. CAP. 10.

IN præſentia nanque redire ad proprias vlcerum differentias placet, ac propoſitum ſermonem
breuiter complecti, quò, ſiqua ex his etiam indicatio remediorum ſit reliqua, eamnon præter
mittamus. Ergo phlegmone laborans, & putreſcens vlcus, & quod exeditur, & quod gangræ
na, & quod eryſipelate affligitur, & cancroſum, & dolens, & indolens, quæque alia id genus ve
luti vlcerum differentias loquuntur, ſiquis Empiricam curationem prodens, nec aliud cogitans
pertractet, non eſt cum eo contendendum, ſi vlcerum ea differentias nominat: millies enim di
B ctum eſt non oportere de nominibus contendere: Sin tanquam artificioſum aliquid de indica
tionibus dicturus, docendus eſt omnes iam dictos affectus compoſitos eſſe: alias vero eſſe diffe
rentias ſimplicis ſoliusq; vlceris, et cui nullus alius adiunctus ſit affectus. Nam, ſi ab acuto aliquo
facta tantum diuiſione, forma eius, quod vulnerauit, parti diuiſæ impreſſa eſt, exiſtent profectò
ſic multæ vlcerum differentiæ, obliquorum, rectorum, pampini modo retortorum, hami ritu vn
corum, aliter quocunque modo ſe habentium. Atq; hæ quidem differentiæ omnes à figura ſunt.
A magnitudine rurſus pro maioris minorisq; ratione mille aliæ. Nam & magnum & paruum, &
maius & minus vlcus vlcere tum dicitur, tum vero eſt. Quinetiam breue & longum, in ſummo
reſidens, & in profundum penetrans. Atque in ſingulis horum, tum quod magis tale, minusq;
eſt, ſiue in ſpatij, ſiue magnitudinis, ſiue quantitatis, ſiue, quocũque modo appellaſſe libet, diffe
rentia. Quòd ſi hæc ita ſe habent, omnino profectò & æquale vlcus, & inæquale, penes diuiſionis
profunditatem, erit. Quippe diffiſo, ſi ita ſors tulit, per lõgitudinem femore poteſt ſuperior diui
ſionis pars alte deſcendere, inferior in ſummo corpore hærere: aut contra, in ſummo eſſe, quæ ſu
perior eſt, profunda, quæ inferior. Iam illa quoque, nempe dirũptum aliqua ex parte aut ex toto
fuiſſe, & inciſum fuiſſe, & vbi, quod vulnerauit, oblique ſub cutem ſe dedit, alteram vlceris par
C tem in conſpectu eſſe, alteram ſub cute latere, idq; vel ex ſupernis partibus eſſe, vel infernis, vel
lateralibus, omnia hæc vlceris differentiæ ſunt. Ab ipſo tempore rurſus aliæ vlcerum differen
tiæ ſumuntur, cruẽntum, recens: exigui temporis, & diuturnum. Atque in omnibus his ipſa
maioris minorisq; ratio numeroſa eſt. Atque ab ipſa vlceris natura hæ differentiæ ſumuntur, ma
xime quidem propriæ, quæ à ſubſtantia rei capiuntur: Nempe, quæ à figura ducuntur, et à diuiſio
nis magnitudine, idq; vel in longitudine, vel in altitudine, vel in ambabus dimenſionibus: præ
terea æqualitate in his, & inæqualitate: extrinſecus vero accedentes, & quæ ſcilicet rationem ob
tinẽt eius, ſine quo non, tum à tempore, in quo factum vlcus eſt, (ita enim aliud recens, aliud ve
tus vocatur) tum ex eo, quòd totum pars ve cõſpectum fugit, vel conſpiciendum ſe præbet. Iam
vero & à generationis ratione, eo, quòd totum ſit inciſum, vel totum dirũptum: vel pars inciſa,
pars dirũpta. Quòd ſi, quę à loco quoq;, in quo eſt vlcus, differẽtias cẽſeas, veluti ſi finis muſculi,
vel principium muſculi, vel medium muſculi, vel cutis ſit, quod vlceratum eſt, vel iecur, vẽter ve
ſit, in quo vlcus conſiſtit, fuerint profectò & ipſæ vlcerum differentiæ, non vtique à propria ip
ſorum natura, ſed à locis, in quibus conſiſtunt, deſumptæ. At, cum phlegmone quis obſeſſum
vlcus dicit, aut ſupercreſcente carne preſſum, aut cauum, deinde ſimiles vlceris differentias di
D xiſſe ſe ijs, quas modo retuli, putat, hunc neceſſe eſt in medendi methodo falli. Quippe græce
φλεγμαῖνον ἕλκος ex formula dictionis ſimilem habet interpretationis figuram cum paruo vlcere:
cæterum, quod ſignificatur, ſimile non eſt. Siquidem profundum, aut ſummotenus factum, cũ
de vlcere dicimus, propriam eius differentiam oſtendimus. φλεγμαῖνον vero omnino vlceris diſ
ferentia non eſt: cum poſſit phlegmone pars affici, etiam vbi vlcus non ſit. Quo fieri arbitror, vt
hic immutare dictionem liceat. Si enim accidiſſe alicui vlcus cum phlegmone dixeris, propius
ad rei naturam, & clarius interpretatus ſis: non autem ſi alij cum magnitudine, alij cum paruitate
factum dicas. quippe cum & magis ex natura rei & clarius loquare, ſi huic magnũ accidiſſe vlcus,
illi paruum dixeris. Adeo, ſi fieri poſſit, vt mutata dictio & rei naturę conuenientior, & audituris
clarior ſit, committendum non eſt, quo minus id fiat. Quippe caput ad effugiendam in rebus de
ceptionem eſt, vt definita locutione vtare. Quamnam igitur in talibus methodum ſtatuamus?
Etenim tradenda quæpiam præceptio eſt, ac veluti ſcopus, quò ſemper intentis diſcernere ſtatim
liceat, differentiam ne alicuius affectus dixerit quis, an alterius affectus complexum. Eſto igitur
tibi diſcrimen hoc: Quod conſiſtere ſeorſum, & per ſe poteſt, id nullius vnquã alterius fuerit diffe
rentia. Ergo magnitudo, paruitas, æquabilitas, inæquabilitas, tempus, & figura, ex eorũ numero
ſunt, quæ alijs accidunt. Vlcus vero, & phlegmone, gãgræna, & putredo, ſingula ſeorſum, & per
ſe conſiſtere

* Διεσπᾶσθαι .i. diuulſum.

* Pro ἔναιμον, legendum, παλαιὸν. i. vetuſtum, vt paucis poſt lineis indicatur.

te consistere possunt. Sunt nanque corporis nostri affectus quidam præter naturam, minime ea, B
quæ affectibus necessario accidunt. Quippe omnibus his necessario accidit, vt vel parua sint, vel magna, vel æquabilia, vel inæquabilia, vel recentia, vel inueterata, vel euidenter appareant, vel condantur, nec videantur. Phlegmone vero affici, ex ijs, quæ vlceri accidunt, nō est, veluti nec putrescere, nec gangræna tentari. Sunt enim hæc omnia ex morborum genere: siquidem affectus præter naturam sunt, et actionem vitiant. Alio rursus modo vlcus crucians, et vlcus sordidum, ceu quædam vlceris differentiæ, dicuntur. Cæterum compositum quippiam hic quoque indicatur, sed diuersa ratione, quàm vt phlegmone tentatum, aut putrescens vlcus dicebatur. Quippe hic affectus sunt phlegmone, & putredo: illic dolor, & sordes ex symptomatum sunt genere. Pari modo, & cum dicitur cacochymon vlcus, id est vitioso succo obsessum, aut fluxione vexatum, aut arrosum, causa cum affectu copulatur. Manifestumq; ex talibus est methodi eius, quę de medendo instituitur, primos ac simplices, sineq; vlla compositione morbos, veluti elementa quędam esse. Quo magis in commentarijs, qui de morborum differentijs sunt scripti, omnes eos enumerauimus. Sanè nihil referat, primos, an simplices dixeris. quando quod primū est, simplex est: & quod simplex, primum, †{ideoq; etiam elementare. Indicatio vero curationis} ex differentijs fit, sed nō omnibus. Nam recens vetus've vlcus nihil indicat: quanquam indicare videtur non nullis. sed hi F
seipsos fallunt non aliter, quàm in ijs, quæ ad victus rationem spectant, cum aliam initij, aliam incrementi, aliam summi vigoris, aliam remissionis indicationem esse dicunt. De quibus latius in sequentibus dicturus, non est, quòd nunc sim verbosior. Verum, quod tantum ad rem præsentem sit satis, id adijciam. Recēs vlcus, cum omnino ab altero quolibet affectu est liberum, nec symptoma vllum habet adiunctum, aliam putant indicare curationem, quàm vetus. Id vero non ita se habet. Siquidem, quod vlcus tantum est, {nec quicquam aliud,} (est porrò eiusmodi, cui nec cauitas adest, nec dolor, nec sordes, quodq; & omni alio affectu est liberum) ipsam tantum vlceris sanationem desiderat: cuius vtique propositus finis, vel vnitio, vel agglutinatio, vel coitio, vel continuatio est. Quippe millies diximus licere, appelles, vt lubet, modo rei nihil mutes. Eiusmodi igitur vlcus, siue recens, siue antiquum sit, eandem semper curationem requirit, nihil planè propriū indicāte discrimine eo, quod à tempore sumitur. At, si cauitatem alte reconditam sub cute habet, considerare oportet, vtrum ea in superiore parte lit ita, vt sanies ex ea prona effluat: an in inferiore sic, vt illic sistatur. Eius igitur, cui effluxus patet, eadem, quæ aliorum, curatio est. Cui non est, huic ipsi moliamur effluxum quendam, oportet. Eius duplex ratio est, aliàs tota cauitate desecta, aliàs in fundo tantum aperta. Quando vero harum alterutra sit ineunda, docebit tum locorum G
ipsa natura, tum vero vlceris magnitudo. Si nanque & loca ipsa periculosam sectionem faciant, & vlcus magnum fuerit, in fundo aperire magis expedit: Sin contra se habeant, perscindere præstat. Deligatio vero eius incipiat quidem superne, sed finiatur infra, vbi scilicet patet effluxus. Quòd autem differentia ea vlcerum, quæ à vulneratis omnibus particulis sumitur, ad indicandam curationem sit maxime opportuna, id in superioribus est dictum. Verum ea quidem vt similarium, hæc autem, cuius nunc memini, vt instrumentalium est indicatio. Sanè dicetur de ea, quę vel vt similarium corporum, vel vt instrumentalium indicatio est, in sequentibus vberius. Nunc ad proprias vlcerum differentias est redeundum, ac de ipso, seu transuersum sit, seu rectum, seu profundum, seu in summo corpore, seu paruum, seu magnum, definiendum. Transuersa nanque vlcera, eo, quòd labra eorum magis dissident absuntq; à sese, coniungi diligentius postulant: ideoq; tum futuris, tum fibulis in his est vtendum. Quæ vero per longitudinem musculorum sunt facta, hæc si à duplici initio deliges, nec futuris, nec fibulis egebis. Sin aliter delígare placebit, vel fibulis, vel futuris vtere: Sufficient autem paucissimæ omnino futuræ. Et magna quidem vlcera, si recte ea, quæ prius dicta sunt, meministi, ijs, quæ valētius siccent, medicamentis curabis: Parua vero, vel quæ moderate siccent, abunde sanauerint. Profunda vero vlcera, omnino etiam magna sunt, vo- H
luntq; tum à duobus initijs deligari, tum vero nec labra sua præpropere glutinari. At, quę profunda multum longaq; sunt, vt duplici ratione sunt magna, sic duplicem quoque indicationem præstant. Itaque, & quæ valenter siccent, postulant, & ne immature labra coniungas, & vt à duobus initijs deliges, & vt altis futuris consuas. Ad eundem modum, & si multæ simul differentiæ coierint, quarum sua cuique sit indicatio, si quidem inter se minime pugnent, omnibus vti maxime expedit. sin aliquatenus secum pugnent, quemadmodum distinguere de talibus oportebit, dictum quidem alicubi in præcedentibus est: locupletius tamen dicetur in sequentibus. Nunc enim finiēdus hoc loco tertius hic liber videtur. In quarto, qui sequetur, de ijs affectibus, qui vlcera comitari plurimum solent, disceptatio erit. Tradentur autem cum his etiam internarum causarum curationes.

Galeni

† Multi codi. græci legūt, vt Linacer vertit. nō nulli tñ sūt, q habent ὥστε καὶ σοιχειώδης ἐνδειξις ἰάσεως. i. Quare & elemētaris idicatio curatiōis. Melior tamē videtur Linacri lectio

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Methodum tradit, qua maligna vlcera, quæ græci cacoethe dicunt, curentur.

Quot sint species solutæ vnitatis, ac quæ differentiæ vlcerum ægre sanabilium. CAP. I.

B 
Num esse morborum genus, ipsam quoq; continuitatē solutam diximus. Hæc in omnibus animalis partibus incidit: non tñ vnum nomen in oibus sortitur. Quippe, quæ in carnosa parte, Vlcus: in osse, Fractura (Græcis Catagma) dr: in neruo, Conuulsio, Græci Spasma vocant. Eiusdem generis sunt, & quæ Græci Apospasma, & Rhegma, & Thlasma dicūt: illud in ligamētis: hęc i vasis musculisq; ex violēto ictu, vel graui casu, vel alio quopiā valente motu excitata. Quæ vero Ecchymosis græce dr, plurimum vnà cū cōtusione ruptioneq; incidit. Fit aūt aliqn & ex oris vasorum apertione, quam Anastomosin vocant, & ex ea, quæ à nō nullis Diapedesis dicitur, aliud vtiq; tunc solutæ continuitatis genus. Iam vero & ex erosione, quam Anabrosin græce vocant, soluitur interim in animalis partibus continuitas. Verum is iam mistus affectus est, vt qui aliud quoddam morbi genus adsciscat, quod in quantitate partium consistit: veluti supra, cum de cauis vlceribus egimus, est monstratum. Est enim horum ipsorum duplex ortus, aliàs ab excisione, sæpe ab erosione proueniens. Verum, excisio quo pacto eueniat, non latet. Erosio, si intrinsecus ab ipso animali prouenit, vitiosi succi soboles est: Sin extrinsecus, aut à valētibus medicamentis fit, aut ab igni. Et sanè (vt dictum supra est) diligenter attendere oportet, & simplices affectus à compositis discernere. cùm simplici morbo simplex adhibenda curatio sit, cōposito non simplex. At, quænam in compositis curandis tenenda methodus sit, supra est dictum. Cæterum non tantum generalitatem eius didicisse, sed etiam in singulis eius partibus exercitatū
C esse oportet: cum in his quoq;, alijs non paucis methodis (vt ita dixerim) particularibus sit opus propterea, quòd cuiq; morborum speciei sua sit methodi species. Ergo, quod reliquum est vlcerū curationis, in hoc libro exequamur, hinc sumpto initio. Omne vlcus aut solum est, ipsumq; per se, nullo nec cum eo simul inuadente, nec ipsum præcedente, aut sequente alio affectu: aut cū alio quopiam vno multis've consistit: quorum alij non modo statim ab initio vlcus excitarunt, sed ēt nunc maius efficiunt: alij eius, sine quo non, vt ad curandi opus, rationem obtinent. Verum de his prius dictum est. At, quæ maius vlcus reddunt, de ijs hoc volumine agetur. Ac duplex in his curationis cōsilium est, vt vel eiusmodi affectus è corpore prorsus eximas, vel incommodum, quod inferunt, vincas. Verum hoc, vbi exiguus planè affectus est, fieri licet: vbi magnus est, duci ad cicatricem vlcus prius non poterit, quàm illi affectui remedium attuleris. Ergo, quinam & quot numero eiusmodi affectus sint, diligenter nobis considerandum est, inde nimirum sumpto initio, vnde supra est cœptum. Omne vlcus, siue solum sit, siue vnà cum cauitate, & subiectā sibi carnem naturaliter habere postulat, & nequid inter oras conglutinandas interlit. quod tamē sępe fit, ita, vt pilus, arena, sordes, oleum, aliud'ue id genus glutinationem prohibeat. Cęterū hæc ceu symptomata quædam vlcerum sunt, & quæ morari sanationem, si sint, possunt: efficere, si nō
D sint, nō possunt. Subiectæ vero carnis affectus causæ rationē obtinet ad id, quod efficitur. Quippe ex hac, & per hanc, tum, quæ dissident, glutinantur: tum, quę caua sunt, carne implentur. ea ergo planè pro natura sua se habeat, oportet, quò hæc vtraque commode perficiantur. Atque ea recte quidem se habuerit, si, id quod reliquis etiam omnibus est commune, proprium temperamētum tueatur. Itaque temperatam esse subiectam carnem ad vlcera tum glutinanda, tum carne implenda, prorsus oportet. Nunquid igitur hoc tantum satis est? An etiam sanguinem, qui affluit, & bonum esse & mediocrem quantitate oportet? Mihi id quoque multo maxime verum esse videtur. Nam, & qui corruptus sanguis est, tantum abest, vt ad glutinandum & carne implendum sit vtilis, vt etiam ipse non nunquam corpus erodat, atq; exulceret: & multus humor, cum in vlceribus excrementa creet, sanationem (ceu prius diximus) moratur. Atque hi tres ægre sanabilium vlcerum modi videntur: qui ex intemperie subiectæ prouenit carnis: qui ex vitio affluentis fit sanguinis: & tertius, qui ex mensura confluentis nascitur. An non ita facienda diuisio est, sed sic potius? Nempe ægre sanabilium rebelliumq; vlcerum alia propter vlceratæ carnis intemperiem, alia ob affluentem humorem talia fieri. tum intemperiem rursus ipsam bifariam diduci, cū aliàs in qualitate sola naturæ modum egressa subdita caro sit: aliàs etiam cum accessorio quopiā tumore. Iam ipsum confluxum bipartito etiam scindi, nempe in confluentis succi, tum qualitatem

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

tem,tum quantitatem. Interim vero miſceri dictorum affectuum aut aliquos, aut etiam pariter E
omnes. Porrò tradenda eſt medendi methodus non omnium ſimul,ſed cuiuſq; ſeorſum.

De methodo curandorum vlcerum,quæ vel carnis intemperie, vel ſucci affluentia maligna ſunt. CAP. 2.

AC carnis quidem intemperies ſi ſqualleſ ſiccaq; videtur, aqua temperata fouens humectansq; corriges. Quoties autem eo remedio vteris, eſto tibi perfuſionis humectationisq; meta,vt, cum primum rubeſcit attolliturq; particulæ moles,tum deſinas. Quippe ſi vltra perfundas,quod attraxiſti,id euocabis. itaque nihil profeceris. Quinetiam medicamentorum humectãdi facultas plenior eſto,quàm vt in ſana carne præceptum eſt. Si vero humidior,quàm pro natura habitu,caro fuerit,contraria ratio ineunda eſt,ac medicamentorum facultas ad ſiccius tranferẽda,aqua vero nullatenus admouenda: immo, ſi lauandum vlcus videtur,vinum,aut poſca,aut decoctum auſteræ cuiuſquam herbæ præparandum. Eodem modo & calidiorem,quàm par eſt, carnis habitum refrigerabis,& frigidiorem calefacies. Agnoſces vero horum vtrunque partim colore,partim tactu,partim laborantis ſenſu. Quippe aliàs vſtionem ſentire ſe fatentur, aliàs manifeſtum frigus in particula, gaudentq; vel frigidis medicamentis, vel calidis. Et alijs quidem robor leuis inſidet,alijs color magis albicat. Verum hæc diſtinguere propoſiti operis officium non eſt: quippe in quo non dignoſcendi,ſed medendi methodum inſtituimus: ſed conſequentia quaF
dam ſermonis inuitante digreſſi in hanc ſumus. Rurſus igitur ad ea,quæ propoſuimus,reuertamur. Partium,quæ cum aliquo præter naturam tumore exulceratæ ſunt,earum prius ſanandus tumor eſt. Quæ vero omnis præter naturam tumoris curandi ratio ſit,in ſequentibus dicetur. Nunc,quantum eius rei coniunctum cum vlcerum curatione eſt,tractabitur. Cum labra tantum vlceris decolorata dura've pluſculum fuerint,excidenda ea ſunt ad ſanam vſq; carnem. Cum vero amplius progreſſus eiuſmodi affectus eſt, deliberatio incidit, excidẽdum'ne omne id ſit, quod præter naturam viſitur,an ſpatio potius curandum. Procul'que dubio eſt ægri animum hoc caſu conſulendum eſſe. Aliqui enim longiore tempore curari citra ſectionem malunt: aliqui quiduis ſubire,dummodo citius ſanentur,ſunt parati. Æque vero & mali ſucci, qui ad exulceratam partem confluit,vt vlcerans quidem eſt,ſanatio eius hic dicetur: vt malignus ſuccus eſt, aut copia redundans,in proprijs ipſorum locis tractabitur. Cum ergo,qui exulceratis partibus influit ſuccus, nec multo plus iuſto,nec multo deterior ſit,auerti hunc regeriq; conueniet, adſtrictis ſcilicet refrigeratisq; ijs particulis,quæ ante exulceratam ſunt. Inchoanda quoque deligatio eſt à laborante ipſa particula,deducendaq; verſus ſanam: veluti in fracturis oſſium præcepit Hippocrates. ſed & quæ vlceribus ipſis admouentur pharmaca, ſiccent valentius, oportet,quàm ea, quæ ſimplici G
admouentur vlceri. Quòd ſi ſiſti compeſciq; medicamentis influxus nequeat, cauſa eius inueſtiganda eſt,atque hæc prius adimẽda. Ac, ſi quidem ob partis,quæ fluxum recipit, imbecillitatem aliquam id fiat,huic nimirum medendum eſt. Fuerit autem hæc vlceratæ quoque partis propria quædam curatio. Sin propter ſanguinis copiam,vitioſum've ſuccum,vel corporis totius,vel alicuius ſuprapoſitarum partium,illa ſcilicet prius ſunt corrigenda. Ac imbecillitas quidem partis, propter quam plus iuſto ſuccorum illi influit, omnino ab intemperie prouenit, non tamen ab omni. Eoq; fit,vt exulcerata caro non nunquam intemperata tantum ſit, non autem imbecilla: non nunquam vtrunque, & intemperata, & imbecilla. Quippe imbecillitatis affectæ partis valentior intemperies cauſa eſt. Hanc autem,ſicut prius dictum eſt,curabis vtique calidam refrigerando,ſiccam humectando,frigidam calfaciendo, humidam ſiccando. Quòd ſi per coniugationem frigidior pariter humidiorq; locus ſit, calfaciendo pariter ac ſiccando: & in alijs ad eundem modum,vincentem videlicet qualitatem contraria ſemper oppugnans. Huius rei ratio hæc eſt: Quicquid rectum eſt non in animalibus modo plantis've,verũetiam alijs quibusq;,id ſymmetrõ eſt, mediumq;, & omnis vitioſi exceſſus expers. Cui enim nec demere quicquam, nec adijcere non partem aliquam,non qualitatem poſſis,prorſus id recte ſe habet. Contra, quod demi ſibi aliH
quid,adjci've poſtulat,id iam ab optimo ſtatu receſſit. Ad quem vtique redire aliter nõ eſt, niſi; & quod ſuperuacuũ eſt, tollatur,& quod deficiens eſt, adiungatur. Ac de ijs quidem, quibus partes quæpiam abundant,deficiunt've, alibi ſermo erit. Vbi vero qualitas aliqua plus iuſto inualuit,ibi & continuo vinci contrariam illi neceſſe,& continuo vitium corrigi ex ea, quæ victa ante eſt,reſtituenda. Quippe refrigerans,quod immodice incaluit,vnà,& quod deficit,reſtitues, &, quod ſuperat,diminues. Quare,quæ per intemperiem aliquam à naturali habitu receſſerunt, eorum ſanationem per ea,quæ contraria viribus ſunt,fieri omnino eſt neceſſe. Atque ad hunc modum caro,alia've carnoſa quæpiam pars,quæ fluxione humoris ob imbecillitatem affligitur, ſanari debebit. Vbi intemperiei affectum iam ſanaueris, deinde etiam exulcerationis affectum ſanabis,non aliter planè nunc curata intemperie, quàm ſi citra vlcus incidiſſet. Quo manifeſtũ fit non eſſe vlceris,ſed intemperiei propriam omnẽ eiuſmodi curationem. Ad eundẽ modum,ſi aut alterius cuiuslibet particulæ occaſione,aut etiam totius corporis,cum in eo ſanguis mali've ſucci redundant,vitioſum aliquid exulceratis partibus influxerit,medendum prius eſt vel ei, quod fluxionis eſt cauſa,vel etiam toti corpori. Ita igitur et varices,qui ſæpe ſupra exulceratum locũ ſunt, prius ſanabimus,vt deinde mox vlcus ſanemus. Etiã qui ex liene,aut alia quauis notabili parte

laborant,

A laborant,ipſa prius parte percurata,mox ad vlceris curationẽ accedemus. ¶Cæterum nulla harum curationum ipſius eſt vlceris,ſed alterius cuiuſquã affectus,qui vlcus vel gignit,vel certe auget.

Externam cauſam ad morbi quidem cognitionem neceſſariam,ſed tamen nullam ex ipſa indicationem curationis præberi. CAP. 3.

*procatarctica rum.

NAm illud quoq; iã definiri tẽpeſtiuum vr̃,nullam extẽrnarũ,¶vel(vt nunc loquũtur) primitiuarũ}cauſarũ curationis indicatricem eſſe,ſed huius indicationẽ ab ipſo affectu initiũ habere: quę vero particulatim ſunt agenda,hęc tum ab eo,quod prima indicatio dictat,tum vero ab ægrę partis natura,tũ ambientis tẽperie,quæq; alia ſunt his cognata, inueniri. Nã (vt breuiter dicam) à nullo eorũ,quæ adhuc nõ permanẽt,indicatio ſumi eius,quod ex vſu ſit, põt. Sed ꝓpterea, ꝙ ad eum affectum noſcendũ,qui omnino tum rõnẽ,tum ſenſum lateat, ſæpe cogimur de externa cauſa ingrere,opinatur vulgus hãc quoq; ſanationis rõnẽ indicare. Quod planè ſecus eſt. Apparet id liquido in ijs,quibus noſci affectus exacte põt. Siue.n. ecchymoſis,ſiue vlcus,ſiue eryſipelas,ſiue putredo,ſeu phlegmone}in parte aliqua cõſiſtat,ſuperuacuum eſt cãm, q̃ horũ quodlibet effecit,inquirere,niſi iam ẽt faciat. Sic.n. ſimul,quod iam factũ eſt,curabimus: ſimul, quod adhuc facit,facere inhibebimus. Si vero fecit illa quidẽ,cæterũ iam abijt, vtiq;, quod factum eſt,curabi-
B mus: Quod adhuc nõ eſt,nec ſi velimus,ſubmouere id poſſumus. Quippe rei preſentis eſt curatio: eius aũt, quod futurũ eſt,„puidẽtia. Quod vero nec nũc lædit,nec læſurũ timeẽ,id ab vtroq; artis munere,tum eo,quod curat,tum eo,quod prouidet,exceſſit. Quare nec indicatio ab hoc ad curationẽ vlla,nec,puidẽtię rõ ſumitur: ſed, vti dictũ eſt,ad eos tm̃ affectus, q̃ noſtrã notitiã fugiunt, externæ cauſæ cognitio eſt vtilis. Empiricis tm̃ ceu pars totius ſyndromes. i. cõcurſus, in quo curationẽ obſeruarũt,externa cauſa interim ſumitur: veluti in ijs,q; à rabido cane,& oibus,q; à veneno ſis beſtijs ſunt læſi. Quinetiã ex Dogmaticorũ quoq; numero ijs, qui ſine rõnali indicatione,ſola experientia curare ſe talia cõfirmãt. Quippe his quoq; externa cauſa ſeu pars totius ſyndromes, id eſt cõcurſus,queritur. Iis vero,qui ex priore vſu venenoſarũ animantiũ vim norũt, atq; ab hac indicationẽ curationis ſumũt, nõ ſanè ad curatiõis indicationẽ cõducit externa cauſa cognita, ſed ad præſentis affectus cognitionẽ. Nã pone, ſciã ſcorpionis venenũ frigida vi eſſe, ſumãq;, veluti à frigido, remedij indicationẽ, nullo tm̃ ſigno intelligã talẽ eſſe i hoc corpore affectũ, manifeſtum eſt, ſi ſcorpiũ percuſſiſſe didicero, ꝙ calfacere tũ corpus totũ, tũ pũctam ab eo particulã conabor, nulla amplius expectata experiẽtia, ſed ab ipſa rei natura indicatiõe ſumpta. Mõſtratũ. n. in ijs libris eſt, q de medicamẽtis ſunt inſcripti, in qbus exercitatum eſſe cenſui, qſquis ex his cõmẽtarijs
C fructũ percipiet, nullã eiuſmodi facultatẽ ſine experientia inueniri. Eſſet. n., pfectò fœlicitatis cuiuſdã munus, ſiquis inſpecto lithargyro, aut caſtoreo, aut cãtharide, protinus eorũ vires intelligeret. Verum, ſicut in oibus peccata tum ab ijs, qui modum excedunt, tum qui citra conſiſtunt, cõmittuntur, ita nimirum hic quoque, ac Dis dia paſõn (vt in prouerbio Græco eſt) non ſemel, arbitror, inter ſe diſcordant, & qui neq; in hodiernum vſq; diem affirmant ſciri medicamentorum vires, idq; poſt tantam experientiam: & qui ex vna experientia ſciri eas cenſent. Nam & hoc præcipitanter inconſulteq; dictum eſt, ſi vtiq; inconſultum eſt, quod fieri omnino non põt: & illud hominũ eſt, aut omnino attonitorum, aut planè litigioſorum. Verũ de his plura expectare nũc non oportet, vtpote de quibus dictum latius eſt tum in tertio de temperamẽtis, tum in ijs libris, quos de medicamentis inſcripſimus. Cæterum, (vt dixi) ad noſcendos affectus aliquæ externarum cauſarum conferunt. Vbi vero præſentis affectus nihil latet, nulla iam externæ cauſæ eſt vtilitas. Ac diximus quidem in ſuperioribus, non eſſe in idem coniungendas vtraſq; doctrinas, ſed ſeorſum empiricen, & ſeorſum tradendam rationalem. Memoria autem tenendum nunc quoq; eſt, quòd, quoniam propoſitum nobis in his commentarijs eſt ſolam rationalem tractare, quanquam ad q̃piam horum, quæ dicimus, non apponitur, ꝙ abſolute vera non ſint, ſed ſolis ijs, qui methodo cu-
D rant, aliquis tamen eorum id per ſe ratiocinari vltroq; apponere debet. Nunc enim ipſi apoſuimus nullam externarum cauſarum ad curationis indicationem conducere, ſed ad affectus aliquando agnitionem, fatentes videlicet externam cauſam ijs, qui empirice quiduis curant, vnã eſſe partem totius concurſus: idq; ſiue ij ratione reliqua curãt, ſiue omnia empirice. In ijs autem, quæ deinceps ſcribentur, non erit neceſſe hoc adſcribere. Rurſus igitur ad propoſitũ redeamus, indubitatum illud principium præſumentes, quo etiam in præcedentibus ſumus vſi, vbi diximus primum ſcopum, quò medicus tendat, affectum ipſum, qui curari deſideret, indicare: ex hoc vero & reliqua omnia ſumi. Quòd vero cum hoc ſcopo nulla externæ cauſæ ſocietas ſit, ex ipſis maxime vlceribus, à quibus ſermo eſt ortus, intellígas. Finge enim †{ ex eo, quod in partem aliquam procubuerit,} natum vlcus eſſe. Quod ſi ſit, ex vitioſis prouenire ſuccis manifeſtũ eſt. Ita enim in morbis facere natura ſolet: cum corpus expurgat, omne excrementũ ad cutim trudit. Atq; hãc quidem vlcerari, totum vero corpus purgari accidit. Quænam igitur eſt eiuſmodi vlcerum ſanatio? Nempe, quæ reliquorum omnium, quibus nullus affectus malignus, quem cacoethe græce vocant, eſt adiunctus. Verum, ſi hoc ſic ſe habet, manifeſtum eſt nullam eſſe ad curationẽ à cauſa, quæ vlcus excitauit, indicationem. Atqui, ſi vitioſus ſuccus remaneret, oĩno aliqua ab hoc quoq; indicatio ſumereẽ. Verum alioqui ẽt abſurdũ eſſet, ſi curationẽ poſtularet, quod amplius non ſit,

aut ſi

† ἐξ ἀποσκήματος eſt in antiqs, vt ẽt vertit linacer. ἐξ ἀποσήματος ãt eſt i impreſsis. i. ex abſceſſu.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

aut ſi curationem indicaret, quod nullius indigeat. Quare dicere indicationẽ curationis ab extera cauſa ſumi, omni modo eſt abſurdũ. Quoniam ergo non ab hac, perſpicuum eſt ab ea, quæ præſens eſt, indicationem fore. At qualis tandẽ ea eſt indicatio? Nempe ei, qui exacte loquetur, quæ ad prouidentiam pertinet: (prophrylacticen Græci vocant) qui abuti vocabulo volet, mẽdicinalis. Quandoquidẽ ipſorum etiam vlcerum, ſiue tantum vlcera ſimpliciter ſint, ſiue etiam cũ cauitate, ſiquis diligenter æſtimet, ex fugiendis proſpiciendiſq; ijs, quæ naturæ officient, ſanatio perficitur. Et ĩ ſumma, in quibus, quod efficitur, naturæ ipſius opus eſt, veluti vlceris glutinatio, & ex carne impletio, in ijs ad eã, quæ prouidet, artis partem omnis pertinet cura: Cæterum ſanatio vulgo dicitur. Ideoq; etiam huius, quæ prouidet, partis artis in altero genere conſtitutũ eſt, quod morboſum affectum iam præſentem ſubmouet: in altero, quod eum, qui nondum vrget, prohibet. Itaq; hic quoq; iuniores medici de nominibus contendere ſe non intelligunt. Par autẽ erat, ſi de rebus ſtudioſi eſſent, illud inueniſſe, duas eſſe functionum medici primas differentias. Aut. n. eos, qui nunc vrgent affectus, ijs, quæ moliuntur curant: aut eos, qui non ſunt, fieri prohibent. Ergo præſentes iam affectus tollere, ſiue amouendis ijs, quæ naturæ opus impediunt, id fiat, ſiue per medicamenta quid ipſi moliamur, omnes profectò homines curare dicunt: cauere autem, ne accidant, proſpicere. Et ſanè ea, quæ ſuccorum vitio ſunt exulcerata, curant ij, qui ratione ac methodo artem adminiſtrant, ſimul illos purgantes, ſimul ea, quæ naturæ motus impediunt, auferentes. Quorum vtraq;, qui exacte loquitur, prophylactica vocat. Vetant nanq; (vt in proximo oſtẽſum eſt libro) omnia talia, aut ſordem vlceri, aut humiditatem nimiam vitioſam've innaſci.

E

* θεραπευτικὴ.

F

Falſa methodo ac impropriis nominibus Vſum fuiſſe Theſſalum, cum de curandis Vlceribus diuturnis loqueretur, ac de more loquendi Hippocratis & Veterum medicorum. CAP. 4.

NOn eſt igitur de nominibus anxie contendendum, ſed methodus potius aliqua ſanandorum vlcerum tradenda: qualem (arbitror) ipſe tum in proximo libro, tum in hoc præcipio. Ego nanq; vel ſtupiditatem Theſſali demiror, ita de vlcerum, quæ cacoethe dicuntur, curatione ſcribentis: Sunt autem perq; neceſſariæ, & cõmunitates vlcerum diuturnorum, ac non ſaneſcentium, aut poſt cicatricem inductam redeuntium: ad hoc vt in ijs, quæ non coaleſcunt quidẽ, æſtimetur, quid ſit, quod prohibeat, idq; tollatur: in ijs vero, quæ poſt cicatricem inductam renouantur, vt cicatricem tenere cogas, roborans ſcilicet (ſic enim τὸ μετασυγκρίνειν vertimus) vel patientem particulam, vel etiam communiter totum corpus, atq; ne facile patiatur, id præparans per ea, quæ hæc faciant, preſidia. Atque hæc quidem Theſſalus cum in principio ſtatim libri de Chirurgia propoſuiſſet, poſtea de ijs ipſis latius ad hunc modum ſcripſit: Diuturna vlcera, & quæ non ſaneſcunt, aut quæ ad cicatricem perducta denuo reuertuntur, hæc indicant. Quæ quidem ad cicatricem non perueniunt, vt, quæ coitionem fieri vetant, auferas, ac locum affectum noues. Poſtq; ſimile recenti vulneri feceris, rurſus vt cruentum ſanes. Quod ſi non proceſſerit, vt phlegmonen mitiges, & reliquam diligentiam adhibeas. Quę vero ad cicatricem veniunt, & rurſus ſe aperiũt, in acceſſionibus quidem, & exulcerationibus, vt ſimili modo cures ijs, quæ recẽs phlegmone vrget, ex ijs, quæ mitigare ſolent, cataplaſma inducens: idq; donèc deferueat ira. vbi deferbuit, adiues ad cicatricem inducendam. poſt hæc vt partes circũpoſitas late complexus malagmate, quod ex ſinapi ſit compoſitum, rubere facias, aut alio quopiam, quod mutare poſſit, ac, vt minus malo pateant, efficere. Quòd ſi ita non ceſſent, ẽt totius cõiter corporis curam habeas, ipſum per varias exercitationes, & geſtationes, & voci ferationes, adhibitis ſcilicet earum rerum peritis, roborans, etiã victus ratione gradatim tum aucta, tum diminuta, principio à vomitione per radiculas facto. Vteris ẽt albo veratro, alijſq; omnibus, quibus vtimur in ijs, qui diuturni ægreq; ſubmoti morbi victus rationi ſubijciuntur. Atq; hęc quidem eſt Theſſali dictio. Operæprecium vero eſt æſtimare hominis vel ſtuporem, vel audaciam: vtiq;, ſi recte ſe dicere ſibi perſuaſit, ſtuporem: ſin cõſcius ſibi nihil dicere, imponere omnibus legentibus ſperat, audaciam. Ex diuturnis vlceribus, q̃ nam eſt, ò generoſiſſime Theſſale, curationis indicatio? Ego ſanè neq; ex his, neq; ex recentibus, nec omnino à tempore in vllo morbo curationem vnquam inueni, ſed ex ipſo, quem ſanandum mihi propoſui, affectu. Prorſus enim, ſi tempus ſpectabitur, tãq; ab eo indicatio ſumatur, alteram omnino ſecundus: alteram tertius dies indicationem dabit: ad eundem modum, & quartus alteram à quinto, & ab his omnibus ſextus, & à reliquis ſinguli, qui poſt iſtos. Sic affectus, quos curamus, non vltra nobis ad conſiderationem proponentur, nec ab his indicatio ſumetur. quo tamẽ ne cogitari quidem magis alienum à ratione poteſt. Quomodo ergo neceſſariæ ſunt diuturnorum vlcerum communitates, vbi nihil indicare tempus ipſum per ſe poteſt? Non enim profectò, vbi à malis ſuccis vlcus eroditur, diuerſam ex eo poſt quatuor menſes indicationem ſumemus ab ea, quam ſtatim ab initio ſumpſimus. Ego ſanè nec ſinerem quidem eiuſmodi vlcus diuturnum eſſe, ſed protinus in principio cauſam eius adimerem. Nam & noſſe affectũ à principio plerunq; licet, & indicationem ab affectu ſumi eſt neceſſe. Tempus vero quid amplius, quàm dierum numerum docere nos poſſit, non hercle poſſum conijcere: niſi id voluit Theſſalus, ad eiuſmodi vlcera noſcenda tempus omnino eſſe manẽdum. Verũ ſic primũ idiota prorſus ſit, ſi videlicet fatetur non prius agnoſcere ſe affectum, quàm vlcus inueterauerit. Deinde illud quoq; aperte fateatur,

oportet,

G

* Galenus non mſto poſt, hãc dictionem declarat.

* μετασυγκρίνων.

H

A oportet, ex alio ſuggeri ſanationis indicationem, ex alijs præberi affectus notitiam. Nam eſto conferat aliquid tempus ad agnitionem, certe indicatio curationis à tempore nõ ſumitur. Quid enim ad rem pertineat, ſiquod vlcus inueterauit, adimere, quæ coitionem impediãt, & nouare locum, qui affligitur? Nam, ſi propter fluxionem malignam, quam cacoethe dicunt, vir inepte, vlceris labra hoc vel illo modo ſunt affecta, quid commodi erit, ſi ea exciderís ante, quàm fluxioni ſiſtẽdæ conſuluerís? Videlicet vlcus latius efficies, veluti non nulli faciunt eorum, qui ſimiliter, vt tu, vlcera curant. Siquidem cauſa, quæ ea & dura, & calloſa prius reddidit, adhuc manente nihil aliud ex his excidendis accedet, q̃ vlceris amplificatio. Quippe illa ipſa, quæ exciderís, perinde & dura, & calloſa rurſus erunt, atq; ea, quæ prius. Quanq̃ ne id ipſum quidem adiecit prudẽs ſcilicet Theſſalus, calloſa, & dura, & decolorata exulceratę partis excidenda eſſe, ſed abſoluto ſermone abſcindi, quæ coitionem morantur, iubet, ac nouari. Ac, ſi quidem ſubmouere cauſas, quæ glutinationem morantur, ſuaderet, & vetus ea ratio eſſet, nec ipſe eum accuſarem. Præcipitur enim ab omnibus ferè antiquis medicis, quicunq; ratione quadam, ac methodo de vlcerum cnratione ſcripſerũt, cauſas, quæ illa creant, abſcindendas eſſe, æque profectò, vt cęterorum omnium morborũ. Non enim arbitror, in vlceribus manente adhuc cauſa, quę ea excitauit, hanc prius tolli expedit, in alijs mor

B bis non expedit, ſed omnino in omnibus, in quibus effectrix cauſa adhuc manet, ab hac inchoãda curatio eſt. Quòd ſi, quæ coitionem impediunt, non dixit de omnibus cauſis, quæ eam impedire poſſunt, ſed de labris tantum, veluti ex ijs, quæ ſubiecit, oſtendit, plus certe neſcire, q̃ ſcire eorum, quæ ad vlceris curationem ſpectant, videtur. Quippe fieri aliquando poteſt, vt & hæc cauſa ſola ſit, quò minus ſaneſcat vlcus. Poteſt etiam (vt dictum eſt) cauſa eſſe, & quæ citra tumorem præter naturam ſit in exulceratis partibus intemperies, & quæ cum tumore quidẽ aliquo coniuncta ſit, non tamen, qui omnino ſibi labra excidi deſideret. Poteſt & vãrix ſuperiacens, vel lienis auctior, vel in iecinore vitiũ aliquod, præterq; hæc omnia imbecillitas partis ægræ, quæ ipſa quoq; intenſa quædam eſt intemperies: quinetiam vitioſus in toto corpore ſuccus (cacochymian vocant) maxima ſcilicet cauſarum, quæ incommodare vlceribus poſſunt. Vexat ſanè nõ minus vlcera, & ſuccorum æqualiter ſe habentium exuperantia, quam plethoran vocant. Horũ quodq; ſi adimi Theſſalus iubet, laudo hominem, ceu veteribus ſubſcribentem: ſin labra tantum, vnum nouit ex multis, ſed quod nec opiliones lateat. Quippe, ſi opilio vlceris labra dura, & calloſa, & liuida, & nigra, & alio quopiam notabili coloris vitio videat, prorſus ea circeũcidere non dubitabit. Eſt enim circuncidere res promptiſsima, maius vero quippiam, atq; artis egens, medicamentis ſanare: Theſſa-

C lus autem nec, quæ labra molliri medicamentis poſſunt, vnquam nouit. Quippe fatentur eum penitus hanc artis partem declinaſſe, ita vtiq;, vt ipſe quoq; indicat, nec omnino experientiam rationalem'ue ſcientiam de vllo medicamento viſus eſt habere. quod ipſum quoq; ex libro eius de medicamentis oſtenditur. Verum de ijs, quæ ibi non recte ab eo ſunt prodita, in progreſſu operis dicemus. Nunc de diuturnorum vlcerum ſanatione, quã in prius poſita dictione tradidit, paramus diſſerere. Sanè melius fuerat non diuturna, ſed cacoethe ea vocaſſe, tum naturam eorum narraſſe, & cauſas generationis eorum expoſuiſſe, curationemq; cuiuſq;, primum quidem cõmunem omnium, quatenus vlcera ſunt: qualem in tertio libro deſcripſit: deinde priuatam cuiuſq; pro efficientis cauſæ ſpecie: veluti in hoc libro docui. Hic, cum nihil horum fecerit, & nouandum vlceratum locum cenſet, &, vbi inſtar recentis vulneris fecerit, vt cruenta ſanandum. Hoc ſanè quis in operibus artis exercitatus non euidentiſsime intelligat ab eo eſſe ſcriptum, qui nunquam vlcus curauit? Sanare'ne vlcus diuturnum, vt cruentum, quiſquam poteſt, vbi id ſimile recenti vulneri fecerit? Vtrum'ne labris eius fibula adductis, an ſutura coniunctis, an potius horum nullo, ſed medicamento, quod cruentis ſit aptum, & cum hoc ſola deligatura fretus? Quis eſt, qui non norit vlcus omnę cacoethes ſtatim etiam cauum eſſe, vtpote ex roſione natum? Nunquid igitur inſulſe

D Theſſale fieri poteſt, vt coaleſcat cauũ vlcus prius, quàm cauitas carne ſit impleta? an non eſt hoc, vt cruentum, ſanare? Ergo ipſe tu fruſtra cauorum vlcerum curandorum indicationem non eſſe glutinationem, ſed impletionem ſcripſiſti. Quod ſi etiam non eſſet ex ſe cauum omne vlcus contumax, certe dum (vt tu præcipis) excíſis videlicet labris, vt cruẽtum, efficitur, ex neceſſitate cauũ fit, maximamq; cõquirit labrorum diſtãtiam: adeo, vt nõ videam, quomodo id glutines, & coire, vt cruentum, facias. Nam, ſi adducere violenter labra, quæ plurimum diſtant, tentabis, phlegmonen neceſſario acceſſent, nec coaleſcent. Id, quod tantũ intelligere mihi Theſſalus videtur. Sub-

« dit enim: Si non fuerint victa, vt phlegmonen mitiges. Satius vero fuerat ſcribere: Cum non vincentur, vt phlegmonen mitiges. Nam neceſſe eſt non eſſe vincenda. Verum, vt hoc quoq; Theſſalo donetur, atq; id tranſeamus, nec valde anxie examinemus, illud cuiuis apertum eſt, q̃ à cõmunitate, quã ipſemet tradidit, prorſus receſſit. Quippe ſi, quod obſtat, auferemus, nihil amplius

« de cõmunitate diuturnorum vlcerum, qua diuturna ſunt, ſumemus. Sed detur hoc quoq;. Videa

« mus, quæ ſequuntur. Scribit enim ad hunc modum: Quæ ad cicatricem veniunt, & rurſus ſe ape-

« riunt, hæc in acceſſione & vlceratione ſimiliter curabis ijs, quæ recenter vexata phlegmone ſunt.

« Poſt hæc ſubdit: Malagmate, quod ex ſinapis ſemine fit, circũpoſitis partibus roborẽ excitãdum. Quid ais inſane, etiam ſi acre & calidum ſit, quod influit, rubefieri particulam ex ſinapis ſemine

* Antiqui etiã legunt κιρσὸς vt Linacer, non σκιῤῥὸς vt ĩ impreſsis.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

oportet? vt, quod in multo tempore contrahere ex fluxione debebat, id ſtatim ex tuo medicamen E
to obtineat, tota videlicet vlcerata, atq; eroſa? Nam veteres eas partium imbecillitates, quæ vel ex
frigore, vel plurimo humore citra manifeſtum calorem acciderant, rubefaciendo curabant. Tu ru
brificatione in omnibus deinceps vteris: primum nullo facto diſcrimine, propter'ne partis imbe-
cillitatem, an propter fluxionis malitiam non ſanetur vlcus. Deinde ordinem inuertis. Nam, cum
ſinapi particulam vſteris, nec quicq̃ profeceris, tum ad corporis totius curationem accedis. Cum
contra, vt arbitror, tum ratione, tum experimento de ijs ſit ſtatutum, vt toto prius corpore à ſuper
uacuis liberato, tum calidum aliquod acreq; medicamentum parti admouere ſit audendũ. Quip-
pe eiuſmodi medicamenta oia cucurbitæ ritu ad ſe trahere à toto corpore ſunt habilia. Itaq;, niſi id
prius vacuaueris, materiam fluxionis acri medicamento relinques. Hoc enim tum Empirici me-
dici fatentur, tum Dogmatici: hoc philoſophorum optimi ſenſerunt. Nam, cum eorum quoq; me
minerit Theſſalus, non alienum ſit eos citare teſtes. Quòd oculum recte ſanare ante totum caput
non licet, neq; hoc ante totum corpus, ſic Ariſtoteles, ac Plato de morborum curatione ſenſerũt,
ſanè & Hippocrates, & Diocles, & Praxagoras, & Pliſtonicus, & veteres vniuerſi. Theſſalus vero
ſolus non ſic, ſed primũ ad medicamẽtum ex ſinapi venit: poſt de toto corpore ſolicitus eſt, ne hic
quidem prudenter quicq̃ docens. Nam, cum liceat corpore medicamento, quod purget, ſemel va F
cuato, mox ſalubri victu ipſum reficere, hic vociferationum meminit, exercitationumq;, & geſta-
tionum, & victus certo ambitu mutati, tum vomitionis ex radicula: mox ſummam his imponit,
ipſum veratrũ: Idem ſcilicet, qui ſine vllo magno negocio oia ſanare promiſit. Ego vero ne intelli
gere quidem poſſum, quomodo quiſquam aut deterius, aut maiore tpis diſpẽdio, aut inani magis
opera vlcus ſanauerit. Age igitur, ſicut vſu nõ nunq̃ vidimus, ſic verbis quoq; hominẽ fingamus,
cui ſanari vlcus contumax ſit opus. Eſto aliquis, qui cætera quidem ſit ſanus, ſed ex ſcabenda de-
repente quapiam particula, veluti brachio, puſtulã ſtatim excitarit, mox eadem ipſa particula ite-
rum atq; iterũ pruritu vexetur, puſtulaq; dirupta vlcus decolor inæqualiter erpſum gignatur: atq;
hæc in tribus quatuor'ue diebus à principio inciderint. Dicat mihi hoc loco quiſpiam ex medicis,
qui Theſſalum imitantur, quo'nam pacto ſanare eiuſmodi vlcus conueniat. Ego nanq; cacoethes
omnino id dico, & ob id, qualis ſit totius corporis affectus, ſtatim conſiderabo. Inueniã nanq; tum
ex vlceris ipſius ſymptomatis, tum ex notis, quas totum corpus præ ſe feret, cuius maxime gene-
ris ſit is, qui redundat ſuccus. Atq; hunc medicamento protinus educam, nec protraham, dum to-
tus hominis cubitus affectum quendam contumacẽ rebellemq; curationi contrahat. At Theſſali
ſectatores, ipſius videlicet præcepta ſeruantes, primum expectabunt, dum vlcus inueteratum ſit, G
quò in mirificam illam inueteratorum vlcerum communitatem recidat: quaſi non longe melius
eſſet contumacium vlcerum, non aũt inueteratorum communitatem, quę curationem indicaret,
tradere. Mox duorum alterum, aut excident, & ceu recens vulnus reddent, ac veluti ad glutinan-
dum partes eius adducent: aut primum, quod ex ſinapi conficitur, medicamẽto vtentur. Quo nõ
proficiente, ad ſublatas voces, & geſtationes, & reliquas exercitationes, & victũ per circuitus mu
tandum confugient. ab ijs vomitionem ex radicula mouebunt. Quòd ſi his vlcus non ſanabitur,
veratrum dabunt. Sin nec id profecerit, hominem in Libyam ablegabũt. Nam id quoq; adijcere
debuit Theſſalus, poſt eximiam illam cõtumacium vlcerum curationem. Quippe in vociferatio-
nibus, geſtationibus, & alijs eiuſmodi immoratur, quaſi malũ habitum corporis (quã cachexian
Græci vocant) non vitium humorum (quam cacochymian dicunt) curent. Et quid miri, ſi tum fa-
tentur ſe vlcus cacoethes ſtatim, vt eſt natũ, non noſſe: tum vero, dum ſit inueteratum, ac ſæpe ci
catricem ducat, ſæpe ſe aperiat, manent antẽ, quàm, quid facto opus ſit, intelligãt: vbi etiã eos, qui
quoquo modo febricitent, acceſsiodem, quæ tertio die futura non futuraúe eſt, tranſire cenſent?
Adeo videlicet ad vnguem contemplationem de criſi pernouerunt, aut ſummũ morbi incremen
tum futurum proſpicere poſſunt. Quid igitur ſæpe accidit? Nempe tabeſcere in lectulis horũ cul- H
pa homines, qui ſtatim ſecundo die explicari potuiſſent. Quippe non ſemel nos, aut bis terue, ſed
ſexcenties tum ipſi multos febricitantes ſimul, vt prima acceſsio deſiit, lauimus: tum præceptores
noſtros id ipſum facere vidimus: intrepideq; de cætero victitare permiſimus, ceu poſt febri caritu
ros: quos ſapiens ſcilicet Theſſalus, qui primam diatriton, (id eſt tridui inediam) excogitauit, pror
ſus arefeciſſet, totis (puto) tribus diebus fame cõfectos: mox dein, arbitror, modice ſcilicet in quar
to die nutriuiſſet: ab hoc paulatim reficiens, vix ſexto aut ſeptimo ad conſueta munia, qui ſemel fe
bricitaſſent, dimiſiſſet. Adeo ſemper homines in morbis tabefaciunt, à quibus vtiq; facile poſ-
ſent liberari. Nam, cum pauciſsimis diebus ſanari vlcus contumax incipiens poſſet, Theſſalus id
in annum, aut etiam longius tempus incurrere ſinit. Maneret nanq;, dum id cicatricem ſæpe indu
cat, ſæpe etiam ſe reſoluat, vt ſcias, an contumax ſit: mox, vbi curationem inceperis, ne tunc quidẽ
corpus ſtatim purgare, ſed primum medicamento ex ſinapi, dein geſtatione, & vociferatione, &
certo victu, poſt radicula, ab his veratro vti, hæc quid aliud, q̃ annum expectantis, ſunt? An per
deum immortalem, cum ſex diebus, aut plurimum ſeptẽ poſſet homo curari, multos menſes tra-
hemus, quò videlicet primum, an cacoethes vlcus ſit, ſciamus, dein curationem inchoabimus?
Et quæ demum neceſſitas erat propriam inueteratorum vlcerum communitatem tradendi, præ-
ſertim

*Impreſsi cod. & manuſcripti quidam legunt vt Linacer: alij πρὸς τὸ γνῶναι .i. vt intelligãt, quid facto &c.

A ſertim cum nihil ad curationem conducat, licueritq; non inueteratorum, ſed contumacium, nec
horum mehercle cõmunitatem indicatricem, ſed curationem ſcribere? Quippe accidit quibuſdã
tum vlceribus tum morbis, vt contumaces rebelleſq; ad curandum ſint: nec tamen inde curatio-
nis indicatio ſumitur, ſed affectus ipſe primam curationis indicãtionem ſuggerit. Ex ea vero, &
quæ ſunt agẽda, inueniuntur ad eum modum, quem ipſe tradidi. Quare hoc eſt methodo curare,
quod nos facimus, veteres imitantes: ſi modo methodum eſſe oportet vnam quandam vniuerſa-
lem viam, quæ omnium particularium ſit communis. Hic vero etiam in hoc fallitur, putatq;, quic
quid omnino in ijs habetur, qui methodo aliquid faciunt, ipſam methodum eſſe. Nam notitiam
certe habeat, oportet, tum ſimilis tum diſſimilis, qui methodo quiduis molitur. non tamen ipſum
hoc methodus eſt, ſimilis ſcilicet diſſimilisq; notitia, neq; hoc Ariſtoteles Platoúe affirmat, quos
falſò Theſſalus citare audet. Verum hæc ad præſens refellere nõ attinet. Quare rurſus ad meden
di methodum reuertor, promittoq; oſtenſurum me tum vnum eſſe eius in omnibus curationibus
principium: tum viam, quæ ab eo principio ad finem vſq; ducit, in omnibus particularibus ſimilẽ
eſſe. Quare, etſi in ſingulis morbis priuata quædam methodus ſanandi videtur, commune tamen
in omnibus genus vnum eſt. Auſpicari nanq; perpetuo oportet ab indicatione, quæ ab affectu,
B cui mederi paramus, accipitur: Æſtimare vero ac diſcernere, an cauſa, quæ affectum excitauit, iam
deſierit: an nunc quoq; ipſum tum augeat, tum faciat. dein, ſi deſiit, ad eã, quæ in tertio huius ope-
ris libro traditur, methodum eſt veniendum: ſin adhuc facit, ad eam, quæ hic docetur. Quippe ea-
dem hac methodo tum phlegmones, tum febris, tum omnium vno verbo morborum remedia in
uenias, vtiq;, ſi nihil etiamnum fit, de præcedentibus cauſis non laborans, ſed ab ipſo tantum affe-
ctu ordiens: Sin nunc quoq; aliquid fit, duos tibi curationis fines præponens, tum alia deinceps,
vt dictum eſt, faciens. Sed enim mirari ſtupiditatem eorum, qui Theſſalum ſequuntur, eſt operæ
pretium: non vtiq; ꝙ in talibus delinquunt, ſed ꝙ dyſpathias, & metaſyncriſeis, & imbecillitates,
& firmitudines, & alia id genus nomina non pauca proferentes, quæ per ea ſignificentur, ne nũc
quidem, ſi interroges, reſpondere poſſunt. Nam, quid ſit, quod in omnibus diuturnis vlceribus
græce dicunt μετασυγκρίνειν τὴν ἕξιν, nec ſimiliter inter ſe omnes, nec clare, nec prudenter reſpon-
dent. Atqui, ſi vel antiquum nomen eſſet, vel ab vllo Græcorum vſurpatum, ex ijs fortaſsis, quæ
illi ſcriberent, intelligi poſſet, de quo id negocio dicerent. Nunc, quoniam ſtupiditatis ipſorũ pro
prium eſt, vtiq; ex Aſclepiadis hypotheſi natum, ſicut & reliqua eorum placita, æquum profectò
eſt ipſi ſua ſomnia interpretentur: vnde ſcilicet, quod græce dicitur συγκρίνεσθαι τὰ σώματα καὶ δια-
C κρίνεσθαι, quaſi miſceri ſecerniq; corpora dicas, ſolis ijs, qui corpuſcula, & meatus, aut indiuidua, &
vacuum, aut deniq; impatibilia, & inalterabilia, prima elementa ſtatuunt, liceat vſurpare, ſicut cer
te vſurpant, & aſſidue ipſis nominibus vtuntur. Quinetiam ipſe Theſſalus in canone, cum hæc
principia confirmat, nouat quidem aliquid ibi quoq; præter ea, quæ à Themiſone & Aſclepiade
ſunt poſita: cæterum, quod ſentit, docet ſanè nõ obſcure. Non enim prorſus, ſicut Aſclepiades, cũ
in ſymmetria quadam, (id eſt competentia) exiguorum meatuum ſanitatem, in ametria, (id eſt in-
conuenientia) morbum conſtitueret, reditum ad priſtinam meatuum ſymmetriam, ſanationem
putauit, ita Theſſalus quoq; eſt arbitratus, ſed totum exiguorum meatuum ſtatum cenſet immu-
tandum. Atq; ex hac opinione proceſsit metaſyncriſeos nomen, idem planè indicans poteſtate,
quod græce metaporopœeſeως, id eſt exiguorum meatuum ſtatus mutatio. Cæterum non dece-
bat ipſum, in quibus fugere ab incertis obſcurisq; iubet, & tantum ijs commutationibus, quæ eui
denter apparent, animum intendere, in ijs quoq; Dogmaticorũ vti nominibus. At noli (inquiunt
ſectatores eius) cùm his vtitur, dogmatice eum audire, ſed ἀφελῶς, id eſt ſimpliciter. Nam ita ferre
ſuppetias ex ſectatoribus eius quidã ſolent, videlicet ad aliud rurſus nomen nos reuocantes, nem
pe ἀφέλειαν, quam nos ſimplicitatem vertimus.) quam ne ipſam quidem, quid ſignificet, ipſæ ſa-
D nè intelligere poſſum. Si enim, ſicuti ipſi hoc quoq; rurſus exponunt, ad aliud ſcilicet magis friuo
lum nomen nos remittentes, nempe græce βιωτικῶς, quod ipſum rurſus exponẽtes ſignificari per
id dicunt idem, quod vulgo hominum ſimiliter, vtiq; tantundem fuerit ἀφελῶς ei, quod non de-
finite, nec exacte, ſed ſine omni tum arte, tum ſcientia. Siquidem loquuntur homines, qui magis
ſunt ad loquendum præcipites, artium nomina ſub ſenſibus quibuſdam, qui nullo fundamento
nitantur: rogati vero, quid ſignificent, oſtendere clare non poſſunt. Quod ſi hoc Theſſalij iſti ac-
cidere ſibi fatentur, loqui ſe quæpiam, nec intelligere ſe exacte, quæ loquantur, id ipſum profectò
fatentur, quod nos illis obijcimus. Nam metaſyncriſis illa, ſi quidem de immutanda poropœia,
id eſt exiguorum meatuum ſtatu, dicatur, certe intellectus aliquid habuerit, ſignificaueritq; rem
aliquam, cæterum friuolam multis modis. Nam nec ex corpuſculis & meatibus corpora noſtra
conſtant: nec, ſi hoc verum eſſet, poſſet tamẽ aliquis docere, qua ratione ſinapi meatuum illorum
ſtatum immutaret. Nec, ſi id quoq; oſtendere aliquis poſſet, conſentiens eorum ſectæ eſſet, qui ſe
apparentibus cõmunitatibus contentos eſſe dicunt. Ne igitur vtantur hoc nomine, nec nobis ne-
gocia faceſſant. Licet enim & ſine metaſyncriſeos nomine, diuturnorum vlcerum curationem
alijs verbis dicere, ſicut Empirici faciunt. Quòd autem & in Atonias, id eſt imbecillitatis voca-
bulo, ſimili modo nugẽtur, monſtratum prius eſt in ſecũdo libro. Si enim, ſicut Empirici, nomen

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

vſurpant,aliud prorſus non ſignificant, q̄ꝑ q̄ actio non ſeruatur. Sin autem facultates aliquas gubernare animal proponunt,quales tum nos aſſerimus,tum oēs ferè veteres,præter id, q̄ Aſclepiadis dogmatis contradicunt,etiã incerta,& de quibus parum inter authores conueniat, attingunt, quãuis ea fugere iubeãt.Sed dic nobis Theſſale clare,quid ſibi velit illud μετασυγκρίνειν. Si nanq; exiguos meatus mutare,& falleris,&,quę incerta ſunt, vſurpas.Si firmari ſanamq; reddi corporis particulam,vel hominem totũ,nihil hic præter nomen plus,q̄ Empirici,doces. Quippe ſciunt hi quoq; remedijs quibuſdam admotis reddi hominem ſanum, cæterum,qua ratione remedia id faciant,vtiq; neſciunt.Neq; enim,an exiguos meatus mutet medicamenti facultas,neq; an ſymmetrian efficiat,neq; an totam patientis particulæ qualitatem alteret, poteſt Empiricorum quiſpiam dicere. Atq; illi ſaltem ſunt modeſti:vt qui vnum ſe ſolum ſcire dicant, huic ſcilicet morbo in hoc tempore ſi medicamentum ex ſinapi adhibeatur,ſæpe notaſſe ſe vtilitatem ſecutam. Non tamen methodos loquuntur,nec ſupercilium attollunt,nec tali ſibi notitia placent, nec antiquis maledicunt,nec Hippocratem pro nihilo habent,immo vero ipſum laudant, fereq; oĩa vere dixiſſe affirmant.Hic vero Theſſalus,qui tum hunc,tum reliquos oēs medicos contemnit, Empirica contumacis vlceris præcepta ſe ſcribere non intelligit:quanq̄,ſi vel hoc commode faceret, vtiq; aliquid operæpretium faceret.Atqui ne id quidem feciſſe videtur, cum ordinem remediorum inuertat, & prius partis remedijs vtatur,q̄ totũ corpus præparauerit. Nam hoc inſignis inſcitiæ argumentum eſt:cum in vno eo ferè omnibus medicis conueniat, quãuis in plurimis diſſentiant, q̄ totum corpus vacuum purumq; ab excrementis ante ſit reddendum,q̄ vlla pars valentibus remedijs ſit ſubijcienda.Nam, ſiue experiẽtia iudicare quis velit,ſiue etiam ratione(tertiũ enim, quo iudicet, neq; in alia quapiam arte,neq; in vlla vitæ parte quisq̄ habet)maximum eſſe incõmodum deprehendet,cum,toto corpore ſuam curam requirente, prius,q̄ illi ſit proſpectum, afflictæ parti acre aliquod & calidũ medicamentum ſit admotũ. Trahit enim ad ſe,cucurbitæ more,ex toto corpore ſuperuacua,atq; ita in graui parte affigit, vt ægre auelli poſſint.Quo magis operępretiũ eſt Theſſalios iſtos percunctari,vnde nam Theſſalo in mentem venerit de contumacium vlcerum curatione talia nugari,cum nec Empiricus quisq̄ ante,nec Rationalis ita ſcripſerit:ſed nec ipſe Theſſalus,nec eius ſequacium quisq̄ eiuſmodi remediorum ordinem aut cum experientia cõſentire,aut cum ratione affirmare auſit.Adde,q̄ nec docere poſſunt,quomodo tempus indicet,non autẽ affectus.Sed neq;(quod hoc maius eſt)quomodo Theſſalus,qui æſtimãdum cenſet, quid ſit, quod cicatricem vlcerum moretur,atq; id tollendum,non prorſus ſit ſtupidus,ſimul, cum hoc tantum ſatis eſſe non videat,diuturnitatem autem vlcerum nihil eſſe ad rem:ſimul,cum nõ in vlceribus modo,verumetiam reliquis morbis omnibus id eſſe faciendum,veluti veteres monent, nõ aduertit. Verum ad hæc nobis nihil reſpondent:ſed ſemper non recte intelligere nos dictantes, tanquam videlicet ipſi vel Hippocratis,vel veterum cuiuſquam ſententiam ad vnguem intelligerẽt, recte Theſſalum dixiſſe affirmant diuturnorum vlcerum vnam quandam cõmunitatem eſſe: Ita enim Hippocratem quoq; ſenſiſſe in libro de vlceribus,cum ita ſcribat:Etiam ab inueteratis vlceribus » id agere,vt ſanguis crebro effluat,conducit,quomodocunq; videtur opportunum eſſe. Fortaſsis » ergo ad rem pertineat,tametſi non prædixerim me de Hippocratis mente hoc loco diſſerturum, vel ſummatim aliquid de ea perſtringere.Fuerit vero,quod dicemus, nõ minus & priſcorum ſenſus interpretatio.Hos nanq; viros,ceu nullius adhuc dogmatum ſectæ addictos, ſed pura & ſimplici mente ſtudentes vtile quippiam ad ſanitatem inuenire,credibile ſanè eſt quædam vſu, quædam inueniſſe ratione:tum ſcripſiſſe,quæ inuenerant,ſubinde non adhibita inuẽtionis ſuæ ratione,aliqñ vero & adhibita:atq; id feciſſe ipſius legentium vtilitatis cauſa. Quippe,vbi ad dextrum inuentorum vſum conducturum poſteris ſperabant,ſi rationem inuentionis nouiſſent,tum eam diligenter prodiderunt:vbi ſecus,& ſuperuacuam relatu putauerũt,& propterea omiſerunt.Nã, q̄ ſermonis compendium priſci in primis coluerunt,id oēs vel me tacente iã norunt.atq; ob hanc maxime cauſam non Hippocrates modo,verũ etiam reliqui priſcorum, medio interim tranſgreſſo,primo tertium adnectunt.Si enim primum ſecundi ſit ſignum, atq; hoc tertiũ ex neceſsitate ſequitur,ita tertium primo ſubijciunt,ſecundum prætereuntes. Oſtẽdi vero perſæpe tum reliquos antiquos,tum vero maxime omniũ Hippocratem talia ſcripſiſſe. debetq;, qui callere priſcorũ interpretandi genus volet,in illis exercitari.Nunc vero ipſum,quod propoſitum eſt,tm̃ exponam.

Quid ſit Vlcus,quod græcis appellatur cacoethes:ac de methodo Vlcerum omnium curandorum ex Hippocrate. CAP. 5.

NAm,quæ vlcera omnibus rite decenterq; factis tamen non ſanantur, ea medici græce cacoethe, nos maligna,contumacia,rebelliaúe dicimus.Diuturna autem prorſus fiunt, cum duntaxat,vt vlcera ſunt,curantur.Quæ vero ſit vlcerum,vt vlcera ſunt,curatio,in libro,qui hunc præcedit,definitum eſt.Hæc igitur vlcera & cacoethe,& inueterata, & diuturna vocant, indifferenter his nominibus in ipſis vtentes.Quinetiam ad noſcendum,q̄ affectus ipſe,cacoethes,id eſt contumax ad ſanandum,ſit,vnà cum alijs notis etiam id,q̄ peractis etiam, quæ decent, omnibus diuturna fiant,aliquam portionem habet.Non tamen aut ipſa diuturnitas, aut q̄ diuturna & vocentur & ſint,idoneam curationem indicat,ſed ex hoc,q̄ male affecta ſit vlcerata pars, licet colligere.

A gere.Hoc vero inuento,& curationis ratio cõſtabit. Quo,inquies,modo?Nempe,vbi tantum eæ partes,quibus vlcus inſidet,ita ſunt affectæ,ſi has ſanaueris: vbi totum corpus vitioſo aliquo ſucco abundat,ſi hunc vacuaueris.Ac ſignum quidem vitioſi ſuccieſt ipſa vlceris diuturnitas.Inuentio autem eius,quod expedit,non ex diuturnitate,ſed ex ſuccivitio ſuggeritur.Quare tria hæc de inceps ſe habent,ſignum,affectio,& curatio:Signum quidem,ipſa diuturnitas: Affectus,ſuccivitium:Curatio,eius vacuatio. Atq; hac ratione ſubinde veteres inuenias medio prætermiſſo tertiũ
« ſtatim primo ſubijcere:veluti Hippocrates fecit, cum dixit. Tum ab inueteratis vlceribus, cõfert,
« vt aſſidue ſanguinem effluere facias,vtcunq; id opportunum videbitur:non vtiq; curationem in
« dicante vetuſtate,ſed ſanguinis vitio.Quippe ipſe mox ſubijcit:Prohibet nanq; maxime quidem
« eiuſmodi vlcera ſaneſcere.Poſt vero ẽt reliqua omnia, putredo ſanguinis, & ſiquid ex ſanguinis
« tranſmutatione eſt ortum.Quinetiã poſt paulo,cum de vlceribus,quæ ad cicatricem non veniũt,
« differit:Nec ſi(inquit)quæ vlcus ambiunt,nigricent, ſanguine putri, aut etiam varice fluxionem
« ſuppeditante,id genus vlcera coire poſſunt,niſi quæ vlcus ambiunt,ſana reddas.Poſt etiam de varicum ſanatione ſcribit.Ad hæc etiam purgationis meminit totius corporis,tum in alijs quibuſdã vulneribus,tũ ijs quibus cariem,quam ſphacelon vocant,inſtare eſt metus. Præterea herpetibus,
B & eſthiomenis omnibus,(id eſt,quæ exeduntur.) Ita enim græce nominare ſolet ea, quæ humor
« aliquis erodit.Iam vero in ijs,quæ mox ſequuntur,rurſus ad hunc modum ſubiungit: In quocũq;
« vlcere eryſipelas ſuperuenerit,purgatio totius corporis adhibenda eſt. Et in ſumma, ſi curioſe librum de vlceribus reuoluas,inuenies ſemper eum ab affectu indicationem ſumere:vti vero interim & tpe,ſed ad affectum noſcendum.Quòd vero hæc ita ſe habeant,ex ipſo libri ingreſſu agnoſcas,qui talis eſt: Vlcera madefacere,quæcunq; ea fuerint,niſi vino,nõ oportet. Tum cauſam adij
« ciens,ait:Nam ſiccum ſano vicinius eſt:humidum vero non ſano. Et mox: Vlcus enim humidum
« eſt:ſanum aũt ſiccum.Ideoq;,per totum librum cum totius vlcerum curationis finem ſiccationẽ ſtatuat,mox particularia inuenit, etiam finis ipſius ſubinde nos commonefaciens. Cum enim ita
« ſcribit:Quodcunq; vlcus acuto telo cæſim percuſsim ue diuiſum eſt,medicamentum,quod cruen
« tis ſtatim imponit, Enemon græci vocant,ac ſiccans,& quod ſuppurare vetet,admittit. Fit enim
« effluente ſanguine ſiccius:Et rurſus:Quęcũq; probe & opportune purgata,ſemper ad ſiccius pro
« mouentur,}ijs caro magna ex parte non ſupercreſcit,}niſi ſi contuſa ſint:Et rurſus:Siquod coire
« nequit,humecta caro in cauſa eſt: In his omnibus primæ ſanandorum vlcerum indicationis nos

*Hæc non ſunt in græco exemplari, nec eo ſenſu, loco paulo poſt ſequente, ſunt ab Hippo. poſita.

admonet.Siquidem vlceris,qua vlcus eſt,ſanatio,mediocris ſiccatio eſt. Cuius rei demõſtratio in
C libro,qui hunc præcedit, tradita eſt. Verum vlceris, quod cum alio affectu coniunctum eſt, cuius videlicet præcedere curationem oportet,eius curatio,vt vlceris ſolius,non eſt,ſed prior illius affectus,ſecunda vlceris.Nam,ſiue phlegmone quæpiam,ſiue nigritia,ſiue ecchymoſis, ſiue eryſipelas,ſiue œdema vlceratam carnem obſederit,primum eius molienda curatio eſt. At vero,q̄ vlcus interim non ſolum non commode curatur,ſed multo ẽt maius redditur,id neminem lateat.Nam, ſiue contuſa fuerint circũpoſita vlceri loca, ſeu phlegmone alius'ue tumor in his conſtiterit, propria eius affectus ſanatio inuenienda nobis eſt,illud pro certo habentibus, fieri nõ poſſe,vt vlcus ſaneſ̃,niſi locus,in quo conſiſtit,prius ſit ſanatus. Ac proinde Hippocrates ipſe redigens nobis in memoriam ea,quæ ſtatim in libri initio tradiderat, tum quæ reliqua paulo ante ſunt cõprehenſa, tum vero hæc adſcripſit:Quodcũq; vlcus cæſim percuſsimue acuto telo eſt diuiſum,medicamen-
« tum enemon,& ſiccãs,& quod ſuppurare vetet,admittit.Sin caro aliqua telo tum contuſa,tũ cęſa
« ſit,huic ita medẽdum eſt,vt q̄ celerrime ſuppuret.nam & minus phlegmone vrgebiſ̃, & neceſſe
* σαπεῖσαις ẽt eſt in antiquis. « eſt carnes,quæ contuſę cęſæq; ſint,putrẽfactas & in pus verſas liquari:poſtea nouã carnem naſci.
Indicat enim hoc ſermone manifeſte ſolos eos vlceratarũ partium affectus non eſſe ſiccandos, in quibus gigni q̄ celerrime pus cupimus,vtiq;,q̄ cũ aliqua putreſcẽtia pus fiat, obiter docẽs. Porrò
D oĩa,quæ putreſiunt,ex calido & humido ſic afficiuntur.Ideoq; ẽt ea cataplaſmata, quæ ex hordei farina cõponuntur,ceu quæ calefaciant humectentq;,oĩbus ijs affectibus,quibus moueri pus expedit,admouemus.Hordei nanq; farina ex aqua & oleo, itemq; panis ex aqua & oleo, præterea fomẽtum multæ calidæ aquæ,& tetrapharmaci vis,oĩa deniq;, quæ calefaciunt & humectant,celerrime pus mouent.Ideoq; ẽt ijs partibus,quæ phlegmone infeſtantur, vbi vehemẽtius iam pulſitant,ſic,vt iam deſperetur de horum citra pus curatione,veteres oēs eiuſmodi applicant medicamenta:ante vero nequaq̄.Atq; hoc Hippocrates ipſe aperte nos docet in memoratis iam verbis, quibus iubet,quæ ſine cõtuſione vulneratæ partes ſunt,quã maxime ſiccare: quę cum cõtuſione
« quadã ſunt læſę,ijs q̄ primum pus mouere.Quinetiam,cum dixit:Quæcunq; vlcera nõ probe &,
« vt cõuenit,expurgata,ſemper prius pullulare incipiunt, ijs maxime caro ſupercreſcit: Quæ vero
« probe &,vt decet,expurgata,ſemper ad ſiccius promouẽtur,ijs,niſi ſint contuſa, caro vt plurimũ
« non ſupercreſcit.Quippe hic illud/niſi ſint contuſa/quod adijcit,redigit nobis in memoriã, quod in ſuperius proditis verbis eſt dictũ,nẽpe oportere oĩa ſiccari præter ea, quæ contuſa ſunt. Neq; enim,ſicubi cataplaſmate,quod calfaciat humectetq;,illinunt,quę phlegmone infeſtant, ex prima ratione id fit,hoc eſt,vt remediũ affectus,ſed vt ſymptomatis mitigatio. Siquidẽ ipſius phlegmo-
« nes remedia ſicciorũ ſunt viriũ. Audi nanq; loquẽtem Hippocratẽ: Cataplaſmata œdematum,&

phlegmones, quæ in circa positis consistit, verbascum coctum & folia trifolij cruda & epipetri folia cocta & poliũ. Quippe oĩa hæc siccandi vim habent: veluti in commẽtarijs de simplicibus medicamẽtis docuimus. Et compẽdiaria obsessarum phlegmone partium curatio per id genus præsidia obitur, quæ sanè vel affectum prorsus submouent: vel, siquid exiguum, quod suppuret, relinquerint, alterum medicamentũ acre, quod educere pus queat, requiritur: vel, si tenuis circũpositа cutis sit, velisq; celerius explicatum ægrum, sectio petenda est. Cæterum curatio phlegmones per hordei farinam dolorẽ lenire studentis est, non medentis, & contra malum pugnantis. Verum de taliũ differentia in sequẽtibus plenius docetur. Illa porrò mihi demonstrata manifeste puto, Hippocratem tum vlcera quæq; siccãda esse iussisse, tum hũc esse, curationis finẽ sanxisse, ipso scilicet affectu indicationem præbẽte, non tpe. Quòd siquis hoc magis etiam sibi persuasum cupit, librũ eius de vlceribus totũ diligentius euoluat. Intelliget enim illud ipsum perspicue, tum vnà esse vlcerum omniũ generalem curationem, nempe quam nos proximo libro docuimus: tum vero non minus illud, nullam esse à tẽpore nec in vlceribus, nec in phlegmone, nec deniq; in alio quopiam affectu indicationẽ. Quoniam vero in hunc sermonis locũ peruenimus, æquum est ostendere nõ modo horum, quæ iam retulimus, fuisse inuẽtorem Hippocratẽ, sed etiam reliquorum omnium, quęcunq; hunc scire, qui cõmode vlcus sit sanaturus, est opus. Videtur enim is nõ solum vlcerũ, F quæ citra alium affectũ consistunt, sanandorum rationẽ inuenisse, vt quæ in siccãdo consistat, sed etiã priuatim per species affectuum cuiusq;. Nam aut vitiosus succus ad partem, cui vlcus insedit, amplius non fluit, aut ẽt fluit. Ac si nõ amplius fluit, ipsi tm̃, quod laborat, succurrẽdum est, si quidem vel liuidum, vel nigrum, vel rubrum conspicitur, scarificando, ac sanguinem emittẽdo, mox (vt ipsius verbis vtar) spongiã statim ficciorẽ magis, q̃ humidiorẽ, superimponendo: (Neq; enim, arbitror, ignorabit quispiam particulam illam, q̃ negationis hoc loco vim habere, tanq̃ ita diceret, ficciorẽ, non humidiorem.) Post hæc vero etiam siccantia remedia applicando: Ab his, si res postulet, rursus sanguinem auferendo: ac mox iterum talia peragendo, donec parta omnino sanitas sit: Quòd si labra vlceris dura callosaq; appareant, etiam ea excidendo. Etenim de his quoq; ita ait: Circularia vlcerum, si subcaua sint, circulo præcidere, quæ absceſſerunt, oportet, vel oĩa, vel ex dimidio circuli ſm hominis longitudinem. Scripsit vero & de tumoribus, qui cõiuncti cum vlcere sunt, vniuersis, quemadmodum curandi singuli sint. simili modo & de varicibus. quando horum quoq; occasione contumax ad sanandum vlcus redditur, qm̃ aliqua ex his humiditas ad exulceratas partes defluat. Ad eundem modum, & cum ex toto corpore humor cõfluit, totum purgare iubet, nusquam videlicet in his indicationem à tempore sumens. Nam & ridiculum plane sit adeo G multas ac varias sæpe etiam contrarias indicationes ab vna communitate fieri. Nam, si etiã demus indicationem aliquam à tpe sumi, quæ tandem ea sit, dicere par est, ac summa quapiã vna eã complecti: veluti in reliquis omnibus ipse quoq; Thessalus facit, nedum nos. Quippe vnum illi perpetuo indicat adstricti corporis affectus, nempe vt remittatur ac relaxetur: vnum rursus soluti, vtiq; vt adstringatur. Quinetiam in ipsis vlceribus, quod sordidum est, abstergeri postulat: quod cauũ est, impleri: quod æquabile est, cicatrice induci: cui caro supercreuit, hanc sibi detrahi, etiã eo ipso authore. Ergo, sicut in horum singulis, ita in diuturnis quoq; alterum aliquid ad portionem ostendat, quod vnum sit. verum non potest. nam & excidenda ea præcipit. At, quænam, quæso, sit ista rationabilis à tempore indicatio: tum remedio ex sinapi vti, de quo vanum illud nomen metasyncriseos vsurpat: ab hoc ex radicula vomitu: & postremo, cum nihil vltra inueniat, veratro? Verum hæc quidem (quemadmodum dixi) etiam in sequentibus plenius dicentur, vbi nihil vsquam vllo in morbo à tempore indicari, sed signum id non nunquam affectus esse docebimus.

De indicationibus venæ sectionis, & humorum purgationis, quæ ab vlceratarum partium temperamento, & substantia sumuntur. CAP. 6.

VErum rursus ad Hippocratẽ reuertor: Quẽ sanè diligentiæ noĩe admiror cum in alijs oĩbus, H tum vero q̃ scopũ, qui medico ad indicationem non in vno altero ue, sed prorsus omni morbo sit spectãdus, non omiserit. Est porrò is, qui ab affectus magnitudine sumitur, quem nõ modo Methodici prætermiserunt, (non enim est id mirum) sed ẽt rationalium plurimi, atq; etiam Empirici (quanq̃ alio modo) oẽs. Nam, vbi † in redundantis sanguinis (vt illi loquuntur) concursu, euacuationem à se obseruatã dicunt, manifeste fatẽtur ob nullius alterius eorum, quæ in ægro visunt̃, respectum, se ad vacuationẽ accedere. Neq; hoc dico propterea, quòd purgatio vacuatio sit, quã redundantis sanguinis concursus non indicet, sed q̃ etiã, tametsi redundantis sanguinis cõcursus nõ adsit, ad ipsam tñ sanguinis missionẽ interdum sit cõfugiendum: qñ, si valens morbus sit cũ viriũ robore, nemo est, q̃ sanguinẽ non mittat, q̃ vtiq; in artis operibus sit exercitatus. Quippe ipsos Empiricos videmus, cum lapsus ab alto quis sit, aut aliàs plaga aliqua cõtusas vehementer corporis partes habuerit, ad sanguinis missionem cõfugere, quanquã idem homo paulo ante sanus fuerat, prorsusq; redundantiæ sanguinis expers. Ex quo patet non hoc esse, quod mittendum sanguinem indicet, sed magnitudinem morbi, ac virium robur, exceptis tamẽ à sermone pueris. Nam & alia ratione, siquis etiamnum sanus, nec adhuc quicquã læsus, in sanguinis redundantis concursu sit positus, non statim huic mitti sanguinẽ est necesse: immo alij satisfacit inedia, alij cibi parcitas, alij

† ἐπὶ τῇ πλεωσικῇ καλουμένῃ συνδρομῇ.

A alij soluta aluus, vel purgatio, vel frequẽtius balneum: alij sola exercitatio, vel multa fricatio abunde fuit. Missio vero sanguinis ne ab ipsis quidem Empiricis, ijs, qui ita se habent, necessario adhibetur. Ad eundem modum nec purgatio in sola vitiosi succi abundantia cõuenienter suscipitur. Sed, sicut missio sanguinis vel propter ipsius abũdantiam, vel propter morbi magnitudinem, ita purgatio & propter abundantiam alterius cuiusquam succi, & propter vim morbi adhibetur. Ac de sanguinis missione tum in alio libro egimus, tum vero in sequẽtibus agemus. De purgatione in hoc libro disseram. desiderant enim ægri hanc, non modo vt quod noxium superuacuum, quo vrgẽtur, educat, sed etiam vt quod tum ad diuersum trahat, tum vacuet. Atq; ob eam rem Hippocrates tum in reliquis omnibus operibus, tum in eo, quod de vlceribus prodidit, etiam morbi ma
" gnitudinem ad purgationis indicationẽ considerat, Purgatio, inquiens, per aluum plurimis vlce-
" rum prodest: præterea vulneribus, quæ in capite sunt accepta: item, quæ in ventre & articulis: ad
" hæc ijs, in quibus ossi caries impendet. Præterea, quæ suuntur, & quæ exeduntur & herpetibus,
" & reliquis, quæ vlcera diuturna reddunt, etiam quæcunq; deliganda sunt, per aluum purganda
" sunt. His verbis clare docuit vlceribus omnibus & vulneribus, quoties prærualida sunt, purgationem esse vtilem. Cum enim trifariam non hæc modo vitia, verũ etiam reliqua oĩa grauia magnaq;
B reddantur, nempe vel propter afflictæ partis præstantiã, vel propter affectus magnitudinem, vel propterea, q̃ sunt cacoethe, cuiusq; horum seorsum videtur Hippocrates mentionẽ fecisse, vtiq; in capitis ventrisq; vulneribus præstantiam læsæ indicans partis. Ventrẽ autem hoc loco non solum inferiorem intelligendũ esse, sed etiam superiorẽ, patere cuiuis arbitror. Diuiso nanq;, quod inter collum & crura est trunco in duas capacitates maximas, prior sub thorace, secũda sub membrana, quæ abdomini subtenditur, (Peritonæon Græci vocant) continetur. Et sanè vulnus, quod intra thoracem intraúe etiam peritonæon penetrauit, non paruum periculum affert, potissimum siquid interiorum vnà sit vulneratum. Quinetiam cacoethe statim fieri, quæcunq; in articulis accepta vulnera sunt, id quoq; oẽs ferè sciunt, Empirici quidem ex sola ipsa experiẽtia, cui soli attendunt: qui vero corporis naturæ scientiam cõparare studuerunt, ex ipsa vulneratarum partium natura. Vbi enim tendones, & nerui, & carne vacua, atq; ossea loca sunt, hic doloris, vigiliariũ, cõuulsionis, & delirij periculum instat. Tum hæc igitur vulnera, tum quæ suuntur, id est quæ adeo sunt magna, vt futuris indigeant, aut si non his, certe deligatura, aluí purgationem desiderant. At vero iam dictum in proximo libro est, quæ magna vlcera sunt, ea vel futuris, vel deligaturis esse coniungenda. Quinetiam, quibus corrũpendi ossis periculum impendet, ea vtiq; cũ magnitudine phleg
C mones sunt. Iam, quæcunq; exeduntur, ea tum cacoethe sunt, tum malorum succorum soboles. Herpetes quoq; à bilioso excremento ortũ habent, reliquaq;, quæ inueterantur oĩa, ex huiusmodi quapiam causa prouenĩunt. Quare in oĩbus his non sine ratione purgare per aluum iubet. In pro
" gressu vero hæc insuper adijcit: In omni vlcere, cui erysipelas superuenit, purgari corpus oportet,
" qua parte vlceri maxime cõducit, siue id per superna, siue per inferna sit. Cuius ẽt ipsius rei discri-
* ἀντισπᾷν. i. reuellere. & sic linea seq. vertit. " men in libro de succis nos edocuit, auẽrtere nos iubens ad contraria, deriuare vero ad latera: quin etiam, cum maxime influit, tum ad diuersa reuellere. Dictum vero & de hoc in eo libro est. Quare nunc quoq;, si etiamnum fluxio valenter irruat, reuellere ad contraria studebimus, vtiq;, si in superioribus vlcus consistat, per inferna purgantes: sin aũt in inferioribus sit, superiorem ventrem vacuantes. At, si iam fluxio resistit, atq; in membro inhæsit, deriuare per vicina magis expedit. cum & in propinquiora translatio sit, & purganti medicamento promptior tũ accessus, tum attractus è vicino detur. Hanc vero rationem ad aliã quoq; artis partem spectare, nempe quæ de succorum medicatione præcipit, neminem latere arbitror. Proindeq; in sequentibus etiam repetere eã erit necesse, ac totam absoluere. Nunc illud docere volo, tum ipsam morbi siue vim, siue magnitudinem appellare velis, pro indicatrice quadam sanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendę
D statuendam esse: tum vero Hippocratem hanc oĩum, quos nouimus, primum indicationem adinuenisse. Ac de alijs quidem morbis in sequentibus libris id ostẽdam, de vlceribus vero in hoc, qui in manibus est. Ac de purgationibus quidem mihi explicatum iam est. Nam, cum triplici genere morbus quisq; sit grauis, aut propter præcellentiã partis, aut propter affectus magnitudinem, aut propter ipsius cacoethẽan, omnium horum meminit Hippocrates, vbi de purgatione egit. Quid igitur (dicet aliquis) nũquid etiam sanguinem detrahi interdum suadet propter has ipsas causas?
*Græce legitur & cum demonstratione. Mihi vero id quoq; iubere videtur, verum breuiter nec̃ sine demõstratione: veluti tum ipsi, tum reliquis mos fuit. Id ita esse intelliges, primũ quidem, si hæc eius verba relegeris: Omni recens facto vulneri, nisi in ventre sit, expedit ex ipso statim sanguinem plus minusúe effluere. quippe
" phlegmone minus tentabitur tum vlcus ipsum, tum quæ circũpositа loca sunt. Post hæc autem, si
" verba, quæ in libro de vlceribus ab eo sunt scripta, tũ quæ in alijs omnibus libris sæpe proposuit, recorderis, debere scilicet imitatorem esse medicum non tantum naturæ, sed etiam eorum, quæ, cum sua sponte veniunt, cõferunt, clare iam senis mẽtem intelliges de sanguine, cum magna sunt vulnera, detrahẽdo. Si nanq; expedit in talibus sanguinem effluere, non aũt effluxit, quod deest, ipse adijcias, oportet. declarãt id ea, quæ subiũgit: quippe hæc statim cũ iam dictis verbis copulat.
" Et ab ijs, quæ inueterata sunt vlcera, vt sanguis crebrò fluat, efficere prodest, vtcunq; opportunũ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

videbitur,tum ab ipsis vlceribus,tum à circũpositis vlceri partibus. Nam, qm̃ prædixerat omni E
vlceri recens facto sanguinem emitti debere,cernẽs,nisi etiam de inueteratis mentionem faceret,
fore vt ab aliquo putaretur de recentibus tm̃ ita pronunciasse, idcirco illud recte adiecit, & ab in-
ueteratis vlceribus sanguinem mittendum esse. Ac,si perpetuum est,quod ab eo didicimus,inci-
pientem fluxionem ad contraria trahendam esse, fixã vero iam in laborãte particula vacuandam
esse vel ab ipsa particula,quę affligitur,vel à maxime vicina,in promptu nobis & de sanguinis de
tractione colligere nunc est,q̃ in principio hæc è longinquo, postea ab ipsis exulceratis partibus
sit emolienda. Quinetiam,si ijs,quæ iam dixi,illud quoq; adijcias,nempe q̃ ipsum, qui redundat,
succum vacuandum esse Hippocrates suadet,aliàs sanguinis detractionem adhibebis,cum videli
cet is vincit:aliàs pharmacum,quod ad bilem flauam,vel atram,vel pituitam educendam vim ha-
bet,dabis,Illius interim in oibus his non immemor,non esse vlceris,qua vlcus est,vllam id genus
curationẽ,sed vel vitiosi,qui cõiunctus est,succi,vel redundantiæ,vel phlegmones,vel herpetis,
vel eius generis alterius:Sed nec illius oblitus,q̃ aliquid interim ex ijs,quæ vlceribus accidunt,in
dicationem propriã suggerat,veluti magnitudo. Dictum aũt & de ipsis vlceribus est in libro, qui
hunc præcedit:vbi vlcerum differẽtias oẽs,& quot,& quæ sint, & quæ sit vniuscuiusq; indicatio,
exposuimus. Præberi tamen vacuandi indicationem ab ipsa ægritudinis vi, in eo libro non dixi F
propterea,q̃ & longiorem demonstrationem requirebat,& totius corporis curam cum vlceribus
in eo non coniunxi. hic vero executus sum,quantum ad rem proposi tam erat vtile

De reliquis indicationibus Vlcerum curandorum,maxime vero de ijs,quæ à positu,& figura partium oriuntur. CAP. 7.

NAm absolutus sermo de hoc genere indicationis, quã à magnitudine morbi sumi diximus,
etiam in sequẽtibus habendus restat.pari modo de indicatione,quæ ab ætate sumitur: præ-
terea de ea,quæ ab humoribus sanandis accipitur. Ad eundem modum, & quæ ab afflictis parti-
bus indicatio exhibetur,cõsummatius in sequentibus libris tradetur. Nunc enim, quod ab earũ
natura,id est temperamento,& substantia sumi ad curationẽ potuit,tm̃ diximus. Quæ vero tum à
positu,tum à forma,item q̃; vsu,præterea sensus acumine,hebetudineue indicatio suggeritur,hãe
non attigimus. Dicatur itaq; & de his,quantum sit ad vlcerum curationem vtile. Igitur,quæ acuti
sensus pars est,eam quàm maxime citra dolorẽ curare tentandum. Tradita vero eiusmõdi reme- * ἀνωδύνων.
diorum materia est in ijs libris, qui sunt de simplicibus medicamentis inscripti. Quæ parum acri
sensu est,hæc,si affectus ita suadet,valentiora remedia recipit. Et principis quidem mẽbri robur
seruari oportet:veluti latius,vbi de phlegmone agemus,docebitur. Quod tale non est,licet,huic G
eam medendi rationem tutò adhibeas,quæ relaxando remittendoq; mitiget, Chalasticen Græci
vocant. Atq; hæc quidem in sequentibus fusius tractabimus. In hoc libro indicationem, quæ &
à positu,& à figura partium sumitur,trademus, atq; ita quarto huic libro finẽ imponemus. Hinc
igitur excogitatum est ei,cui exulceratus ventriculus sit,medicamenta esse bibenda: Cui gula,nõ
semel,nec tota simul assumenda,sed paulatim & assidue. quando ex transitu & contactu vulne-
ribus,quæ hic sunt,vtilitas accedit,non ex continendo,& diutius adherendo,sicut ijs,quæ in ven
triculo sunt. Quinimmo,& q̃ crassiora hæc,& magis lẽta sint adhibẽda,id quoq; à positu figuraq;
est indicatum. Nam,quoniam gula transitus quidam comestorum bibitorumq; est, idcirco reme-
diorum eget,quæ adhærere,& vndiq; quasi concrescere, & agglutinari possint: non autem quæ
elui ac defluere sint prompta. Ac circa partes eius veluti concrescunt,quæ crassa sunt:agglutinan
tur,quæ lenta sunt. Quæ vero vlcera in crassis sunt intestinis,ijs,quæ per sedẽ injiciunt, remedijs
magis egent:quippe cui magis sunt propinqua. Quæ in tenuibus habentur (qm̃ & longinquiora
sunt,& medio situ posita)ambo requirunt,& quæ superne sumuntur,& quæ per sedẽ infunduntur. Sanè cõis omnium internarum partium indicatio est,vt ea eligãtur,quæ animalis naturæ maxime sint familiaria,siue ea cibi sint,siue medicamẽta:fugiant̃ respuanturq; huic cõtraria. quanq̃ H
in ijs,quæ foris sunt, vlceribus innoxius ẽt talium medicamẽtorum est vsus,æruginis, æriscq; usti,
& æris squamæ,& cadmiæ,& pompholygis,lithargyri,& cerussæ. Hæc igitur,& similia interiori-
bus exhiberi non debebunt. Porrò proditum de natura horum est tum in tertio de temperamẽtis
volumine,tum in libris de simplicibus medicamentis. Eligenda vero alimenta sunt,si quidẽ ad ci
catricẽ perducere,aut glutinare vlcus studemus,tum austera,tum glutinosa, tũ quæ minime mor
deant:Sin emundare,quæ modice abstergeant:quod munus mel non coctũ præter cætera pstat.
Austeræ vero potiones,& eiusdẽ rationis alimẽta cuiq; sunt nota. Voco austerum id,qđ Styphon
quoq; græce,id est adstringẽs,dicit: Acerbũ vero,quod intensum austerum est,græce Stryphnon.
Quæ vero medicamẽta citra internarum partium molestiã sumantur, ea tradita sunt in his libris,
qui de medicamẽtis sunt scripti. Dicetur tm̃ & nunc eorum formula. Ergo internis vlceribus opi-
tulantur hypocystis,& balaustium,& cytini punicorum,& galla,& mali corium,& terra samia,& * σάμιος ἀσὶρ.
lemnium sigillum,& rhois rosarumq; succus,& acacia,aliaq; id genus,quæ vlceribus internis præ
sidium afferunt,nec vllam visceribus noxã inferunt. Danda vero hæc sunt ex aliquo adstringen-
tium decocto,vel mali cotonei,vel lentisci,vel summorũ rubi vitis'ue,vel myrtorũ, vel denicq; ex
vino aliquo austero. Non latet aũt & de vini vsu,quod cauẽdum id est, vbi phlegmones suspicio
adest.

A adest:aliàs dari nihil vetat. Nec illud obscurum est,eiusmodi medicamina præparanda, ac iam dictis humidis excipienda esse:tum vero tragacanthen,& gummi illis admiscenda: potissimum si quis ea ijs,quæ in gula sunt, exhibebit. Sed & gargarizare quoq; iubendum est ei, qui ad fauces & paristhmia his vtetur. At ad vlcus,quod in aspera sit arteria,vt supinus quàm diutissime in ore teneat,ac omnes,qui illic sunt,musculos relaxet remittatq;,precipiendum. Influit enim sic sensim et paulatim de medicamento aliquid sensibiliter & manifeste in ipsam arteriam. Nam,& cum naturaliter se habet,scire licet potionis non nihil huc percolari. Sed, veluti in secunda valetudine,ita ni mirum in aduersa cauendum est,ne largius influat,vtpote quod tussim excitabit. Nam,quoad humor vndiq; iuxta tunicas arteriæ,ceu iuxta murum aqua,descendit,tussim vtiq; nõ cit: siquid per mediam spiritus viam incidit,tusses statim excitat. Tum hæc igitur à situ & forma partium omnia sunt desumpta:tum vero non minus illud,q̃ omnibus medicamentis,quę thoracis & pulmonum vlceribus sunt destinata,mel sit admiscendum:quando,si austera ijs duntaxat medicamenta exhibebis,ea in ventriculo morabuntur. Ergo digestionis eorum in corpus, instrumentum mel erit, ac celeris transitus veluti vehiculum:cum eo,q̃ nec vlceri nocebit. Ad eundem modum,quoties in vesica,& renibus vitium consistit,non solum mel ipsum,sed etiam eorum,quæ vrinas mouent,
B quippiam,vlcerum medicamentis misceri oportebit. Illud quoq; patere,vel me tacente, cuiuis arbitror,exulceratas partes tum ex earum substantia,tum functione,tum vtilitate, tum positu,tum figura discerni. Monstratum autem id abunde est in libro de notis affectorum locorum. Verum non est de illis nunc locus. Rursus igitur ad medendi methodum reuertor. Aio igitur non hęc modo,sed etiam alia non pauca ex figura partium positura q; indicari: quippe quando nec deligare commode ægram particulam possis,nisi prius vel ex figura,vel positura,vel vtriscq; indicationem sumpseris. sed nec immittere in sedem clysteris fistulam commode queas absq; eius generis indicatione. Iam per penem inijcere medicamenta in vesicam sæpe necessum est. Illud de cathetere apponere opus non est,q̃ eo probe vti omnino nequeas,nisi & positum & figuram totius vesicæ planè perspectam habeas. In talibus ergo omnibus clare patet non parum ad totam curationem affectum ipsum locum indicare. In ruptis autem,(quæ Rhegmata Græci vocant,) plures indicationes in idem concurrunt. siquidem,& quæ à positura capitur,recte ad examen venit. Nam propterea,q̃ & in profundo corporis sunt,& latent,idcirco diuersam curationem ab ijs, quæ apparẽt, postulabunt. Quoniam vero cum ecchymosi quidem omnino,aliquando vero & cum contusione circum ipsam præruptam carnem consistunt,idcirco plures curationes indicabunt. Semper. n.
C pro affectuum numero,etiam medendi indicationes respondent. Ac docebitur quidem, vbi de phlegmone disseremus,locupletius,quòd valentiora medicamenta requirant, quæcunq; in profundis partibus laborant,quàm quæ in summo corpore sunt affecta. Nunc id saltem arbitror patere,q̃ solui necessum est præsidiorum,quæ foris applicantur,vim,vbi,quod ab his iuuandum est, in profundo latet. quare intendere hanc eatenus oportebit, quatenus per transitum ad profundum est remittenda. Sanè ecchymosis omnis,vacuationem pro remedio curationis indicat: quare calfacientibus huic & modice siccantibus medicamentis est opus. Quippe, quæ vehementer siccant,digerunt illa quidem in principio euidentius,quàm quæ sunt imbecilla, cæterum non nihil ipsius vitij,scirrhosum difficileq; curatu relinquunt. Ac dicemus de his in sequẽtibus diligentius. sed & nunc,quantum ad rem pertinet,abunde est dictũ. Quę enim humectant calfaciuntq; pharmaca:præterea hæc,quæ omnes iam græce vocare Chalastica, id est relaxantia, solent: atq; ex his quæcunq; ad siccius paulo vergunt, nec tamen adhuc clare manifesteq; contrahentia sunt, quæ
* Αὐ. ξηραντικὰ .i. exiccantia. Syntactica vocant,hæc omnium sunt ecchymomatum remedia. Curandum vero est,vt vnà cum ruptis,quæ in profundo hærent corpore,hæc tum vires magis habeant intentas: tum ipsa magis
* τμητικώτερα .i. incidentia. acria magisq; dissipantia sint:tum(vt semel dicam)tanto efficaciora, quanto magis à cute ad profunda ecchymosis recessit. In talibus sanè nec cucurbitæ vsus sit inutilis. Id etiam est instrumentum ad violẽtum attractum à medicis excogitatum. Cæterum,cum totum ecchymoma digestum per halitum est,siccare iam vehementius ruptum ipsum permittitur, ac deligatura coniungere, omniaq; in summa facere,quæ,vt vlcus coalescat,efficiant. Ergo,si euocatum celeriter ecchymoma sit,facile coalescet rupta ipsa caro. Sin longiore spatio,sordes multa subnascens medium inter vlceris labra spatium occupat ita,vt iam coire ruptio non possit. Atque inde adeo fit, vt qualibet leui de causa nos hæc sui admoneant. Nam,siue quis obriguit,siue parum concoxit, siue febri laborauit,siue se vehementius fatigauit,eiusmodi particulis ilico dolet. Non enim in idem coiere ruptionis labra,sed tantum prope sunt admota. Quo fit,vt leue momentum ea facile separet,& medium locum superuacuo humore repleat. Et quid,quæso,aliud,quàm assidue nouum ecchymoma his gignitur? et primo illi,cum videlicet primum caro est rupta,simile:nisi q̃ nunc ex tenui magis sanie constat,cum in principio è sanguine ecchymoma esset:ideoq; facilius etiam nunc, quàm intra initia,digeritur. Hæc itaque,quæ hactenus diximus, disputationi de vlceribus satisfacient. Finemq; iam quarto huic volumini impono.

Galeni

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Sanguinis profluuia, quæcunque venis vel arteriis læsis contingunt, sanantur, ac vlcera in pene vel in sede.

Epilogus vniuersæ vlcerum curationis superioribus libris explicatæ. CAP. 1.



VEmadmodum quis vlcerum curationem optime moliatur, cum duobus antehunc libris docuerimus, illud obiter ostendimus, reliquos oēs medicos, qui simplicium in nobis particularū elemētis minime inquisitis artem adeunt, nō posse quicq̄ certa rōne sanare, minimeq; oīum, qui Thessali dogma profitenť. Reliqui F nanq; ea saltem vlcera, quę in diuersis sint partibus, diuersis rōnibus sanāda censent, ipsa nimirū experientia docti. Qui vero Thessalū authorem sequunť, propter excellentem scilicet sapientiam, oē vlcus, quacūq; in parte animalis sederit, similis egere curationis putant. Quippe, si cauum sit, impleri: si æquale, cicatrice induci: si caro supercrescat, hanc detrahi: si cruentum recensq; sit, agglutinationem postulare aiunt: ceu vero, qui hæc norit, eum recte mederi sit necesse: nec sit hæc ratio ēt cuilibet è plebe communis, cum nemo sit, qui horum quicq̄ ignoret. Cæterum nec, quemadmodum carne implendus sinus sit, nec, quēadmodum ad cicatricem perduci, quod impletum est, debeat, aut comprimi, quod superauctum, aut coalescere, quod purum citraq; sinum est, intelligunt. Sunt enim eiusmodi opera tantum medicorum, quę vel ratione, vel experientia, vel vtriusq; ope sunt inuenta. Rursus igitur repetentes, summatim ea percurramus, quò dicendorum caput cum dictorum copuletur calce. Monstratum est omne vlcus siccantia medicamenta requirere: Cæterum, quod sinum habet, vt minus sanè, q̄ reliqua, sic ea, quæ, præterq̄ q; modice siccent, etiam abstergendi facultatem obtineant, desiderare: Quod vero coniungi sibi labra postulat (cuiusmodi scilicet sunt, quæ medicis latine Cruenta, græce Enæma dicuntur) huic tum, quæ magis etiam siccent, tum vero, quæ citra absterſionem leuiter G adstringant, opus esse: Iam, quæ vlcera perduci ad cicatricē postulant, hæc non solum magis adhuc siccantibus, sed etiam strenue adstringentibus remedijs egere: Quòd si caro eorum præter naturę modum intumuit, acria & demolientia (quæ eadem calida siccaq; necessario sunt) desiderare. Si quod vero aliud symptoma vlceri adiūctum erat, ab eius natura curationis indicatio sumebatur: atq; ex hac rursus remediorum facultas petebatur: Si nanq; sordes innascerentur, quę hanc tollerēt, opus esse: eaq; omnia abstergendi vim habere multo sanè maiorem, q̄ ea, quæ carne implerent: Si vero copiosior in his humiditas cerneretur, etiam quòd magis siccaret, medicamento opus esse, cęterum quod propriam speciem non egrederetur: Ac, si agglutinaturum medicamentum esset, siccans adstringensq; id esse debere: si carne impleturum, siccans & abstergens: atq; in singulis reliquorum, vti dictum est: Si vero intemperata subiecta caro esset, primum eius intemperantiæ succurrendum esse, vtiq;, quæ siccior iusto esset, hanc humectantibus: quæ humidior, siccantibus: tum quæ calidior esset, refrigerantibus: quæ frigidior, hanc calefacientibus: &, si gemina qualitate esset intemperata, pharmacum quoq; eligentibus, quod gemina esset qualitate contrarium: Quippe id oīum, quæ præter naturam sunt, cōe esse, non posse ad naturam suam redire quicq̄ sine ijs, quę ipsi facultatem haberent contrariam: Considerandas præterea & intemperantiæ causas hoc tempore H esse, siue hæ totius corporis essent cōes, siue quarundam partium proprię, quæ videlicet per societatem (quā Sympathian vocant) exulceratum membrum infestarent: Medendum vero primum esse causæ, quæ intēperantiam adhuc foueret: post hanc vero ipsi, quæ iam facta esset, intemperantiæ: Quippe hanc cōem indicationem esse oīum, quæ ex causa quapiam oriantur. Ostendimus aūt tum ab vlcerum differentijs diuersas præberi indicationes: tum eas, quę à laborantis corporis tēperamēto sumunť, diuersam ab his habere rationē. Siquidem illæ, cū ex ijs, quę præter naturam sunt, sumanť, oēs contraria esse adhibenda dictant: hæ, cum ab ipsa natura capianť, similia. Nam, si qua siccior pars est, ea magis siccari postulat: quæ minus talis est, ea minus est siccanda. Ad eundem certe modū & de calefaciendo refrigerandoq; est præceptū. Nec illud omisimus, ex præcellentia mēbri, aut contrario statu, itemq; ex sensu acri hebete'ue diuersum medicandi consilium peti.

De vnitatis solutione in vena, vel arteria. CAP. 2.

ERgo, quod reliquum est huius morborum generis curandi, id nunc apponamus. Nos genus id, lucidioris doctrinæ causa, vnitatis solōnem appellauimus, nec refert, si cōtinuitatis solutionē voces. Incidit hæc non in similaribus modo, & simplicibus partibus, sed ēt in compositis, & instrumentalibus. At vero remediorū indicationes aliæ à similaribus sumunť, aliæ ab instrumentalibus.

A bus. Quarū ambas norunt, qui methodum Hippocratis consectanť, ppterea, q; vtrarunq; partium naturam intelligunt: alteram aūt duntaxat (nempe quæ ab instrumentalibus prębetur) qui Erasistratum, et Herophilum sequuntur. Quare in ijs, qui sequentur, sermonibus, quęcūq; à calido, frigido, humido, & sicco corpore morbo ue indicationes sumuntur, nullius certe methodum hi habebunt: quæ vero à forma, positu, præcellentia, acri sensu, aut his cōtrarijs prębentur, has nō ignorabūt. Illustrius erit, quod dicimus, si partes ipsas proposuerimus. Quoniam igitur de ijs maxime vlceribus, quæ in carnosis accidunt partibus, hactenus abunde tractauimus, nunc tempestiuum videtur de ijs agere, quæ in arteria, vena, & neruo contingunt: nec de ijs absolute, sed vt in quouis sunt viscere, vel denicq; instrumentali animalis parte. Ergo, sicui arteria vena ue magna vulnerata est, & copiosum sanguinis profluuium continuo superuenit, & glutinari id vulnus difficile quidē etiam in vena est: in arteria vero non solum difficile, sed etiam quod fieri (sicut non nullis medicorum est visum) omnino fortasse non possit. Dicendum ergo vicissim de vtriusq; est, ac prius de sanguinis profluuio: secundo loco de agglutinatione. Q̄m autem, & per anastomosin, et per diapedesin, vt mox docebimus, profluuia huiusmodi fiunt, non alienum sit propterea, q; curationem cōmunem habent, etiā hoc loco de ijs meminisse, tametsi ex alio esse morborum genere videantur.

B Sanè profluit ex vena, vel arteria sanguis, aut reserato earum ore, aut tunica earū diuisa, aut (vt sic dicam) transcolatus, siue sudoris modo trāsmissus. Porrò diuiditur ipsa tunica tum ex vulneratione, tum contusione, tum ruptione, tum erosione. Anastomosis accidit propter tum vasis imbecillitatem: tum sanguinis, qui ad os eius impetu ruat, copiam: ad hæc, acrem q̄piam, quę illi extrinsecus incidat, qualitatem. Diapedesis vero ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine vero tenuato oritur: accidere præterea interim potest & ex gracilium vasorum ore adaperto. Dicendum igitur est de horum affectuum vnoquoq; seorsum: ac primū de diuisione, quam vel ex erosione, vel vulnere, vel contusione, vel ruptione diximus accidere. Quæ itaq; vulnerant, ea sunt acuta, atq; ad secandum habilia: quæ contundendo soluunt, ea grauia duraq; sunt: quę rumpunt, omnia id tensionis interuentu faciunt: idem & intensior actionis vehementia facit, tū succi abundantia, non vtiq; virium respectu, sed cum à vase suo non cōtinetur: etiam casus ab alto, tū graue quippiam durūq; incidens. Quippe eiusmodi aliquid cum vel vasis vacuis, vel pusillam omnino rem cōtinentibus in ea inciderit, si durum ex opposito obiectum habet, contusa reddit: at, si plenum vas sit, prius id rumpit, q̄ contundat: cum sit, quod tū accidit, persimile, ac si vtrem vesicam ue impleas, atq; in hāc lapidem iactes: vel contra lapidi vtrem violenter illidas. Sanè huic persimile est, quod accidit in ca C sibus ab alto. Quam nanq; rationem vter habet ad lapidem, hanc homo habet ad solum. Quisquis vero ex maximo acutissimoq; clamore, in pulmonibus vas perfregit, is violentiæ actionis acceptū malum referet. Similiter huic, & qui ex eo, q; prægraue onus aut humeris imponere est conatus, aut aliàs manibus attollere, vas fregit. Atq; hoc etiam magis, cui ex concitatissimo cursu, aut valentissimo saltu, aut aliter particula vlla violenter extensa id accidit. Est enim id quoq; persimile, ac si funem, aut lorum quàm maxime distendas. Porrò perrumpi quoq; non pauca propterea, q; sanguinem, quem in se habent, non continent, potissimum cum flatulentus is sit, indicio sunt tum dolia, quæ sæpe musto rumpuntur: tum alia multa valentissimorum corporum.

Quibus remedijs venarum & arteriarum vlcera agglutinari, & fluxus sanguinis deriuari, ac reuelli queat. CAP. 3.

AC, si ex vulnere, vel clamore, vel casu, vel contusione perruptū vas est, vtiq; in his causa ipsa desiit. Si vero ex abundantia, fieri potest, vt vas ēt amplius rumpatur, effectrice saltem adhuc manente causa. Atq; in hoc quidē affectu vacuanda quāprimū abundantia est: abhinc sanguis sup primendus: mox vlcus ipsum curandum. Vbi vero effectrix causa iam desiit, primum sistere sanguinem expediet, post vlcus sanare. {Quomodo igitur sistemus sanguinē?} Obturato quidem, D quod perruptū est: auerso autē atq; aliorsum translato, quod per id ferebatur. q̄n, si id eo, quo inter initia, impetu cōfluat, osculūq; vasis pari modo pateat, citius planè moriatur animans, quę profluuio laborat, q̄ sanguis cesset effluere. Porrò vlcus ipsum claudetur vel labris eius, quę disident, in idem adductis: vel osculo eius obstructo. Adducentur in idem labra eius tum nostrarum manuū opera, vbi sic ad manum vlcus se exhibet: tum per deligaturam: tum vero per ea remedia, quæ refrigerent, & adstringant. Neq; n. fuere fas est arteriæ venę ue vulnus: veluti dixerint, qui nullam à vulneratæ partis substantia naturaq; sumi indicationem aiunt. Obstruetur vasis osculum & sanguine ipso concreto (qui Thrombos græce dicitur:) & ijs, quæ foris illi imponuntur. Possunt autē superimponi tum carnosæ ipsæ, quæ circa vlcus sunt, partes: tum in non nullis vulneribus ipsa cutis: ad hęc quæcunq; ipsi comminiscimur. Ea sunt & linamenta, quos Motus græce vocant, & medicamenta ea, quæ idcirco, quòd ex lenta crassaq; substantia consistant, meatus obstruunt, (Græci Emplastica vocant:) præterea quæ crustam, quam Græci Escharan vocant, efficiunt. Quippe hanc quoq; ceu septū quoddā huiusce modi vlceribus veteres excogitarunt. Efficiunt hanc tum ignis ipse, tum quędā medicamina qbus ignea vis inest. Atq; his quidem rebus obstruit vasis osculum. Auertitur aūt sanguis, atq; ad alia mēbra conuertitur, tum ad proxima deriuatus: tum ad cōtraria reuulsus. Illud Parocheteusin: hoc Antispasin græci vocāt. Nā hęc quoq; Hippocratis inuēta sunt,

omnis

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

omnis ſcilicet immodicę vacuationis communia remedia. Deriuatio ad vicina loca fit, cũ id, quod E
per palatum vacuatur, per nares deriuatur: reuulſio autem ad cõtraria, cum ad inferna reuellitur.
Rurſus, quod per ſedem profluit, id per vuluam deriuamus: ſurſum vero reuellimus. Ita nanque
& natura ipſa facere ſolet. Mulieri enim, inquit Hippocrates, ſanguinem vomenti menſes ſuper- »
uenientes remedio ſunt. Hac igitur de cauſa, ſi vel menſes confertim eruperint, vel ſanguis ab vte »
ro quoquo modo profluxerit, ſurſum reuelles, cucurbitam maximam ſub mammis defigẽs. Nam
& hoc Hippocratis inuentum eſt. Eandem ob cauſam, cum è naribus ſanguis erumpit, id retinent
maximę in præcordijs defixæ cucurbitæ. Infigendæ autem ſunt, ſi ex dextra nare profluit, ſuper
iecinore: ſin ex ſiniſtra, ſuper liene: ſi ab vtraq; nare, ſuper vtroq; ſunt imponendæ viſcere. Quòd
ſi reſolutus adhuc æger non ſit, etiam vena ex eo cubito incidenda eſt, qui profuſioni è directo re-
ſpondet. Vbi paulum detraxeris, mox vnam horam intermittẽs, rurſus detrahes, poſt iterum atq;
iterum, pro laborantis viribus. Ad hunc modum & reliquas omnes fluxiones (quippe commu-
nis ratio eſt) tum ad contraria reuocabis, tum per vicina deriuabis, vtiq;, q̃ per aluum fluunt, ea vel
per vrinas, vel vterum tranſmittens: quæ vero per vrinas, ea vel per vterum, vel per ſedem tranſ-
ferens: pari modo, quæ per vterum erumpunt, vel per vrinas, vel per aluum: quæ vero in oculis,
aure, vel palato fluxiones accidunt, eorum ad vicina deriuatio per nares eſt. Reuulſio vero in ijs, E
quæ ſupra ſunt, omnibus, deorſum ſemper agitur: ſurſum, in his, quæ ſunt infra. Præterea à dextris
ad ſiniſtra, ſicut ab his rurſus ad illa. ſimiliter ex ijs, quæ intus habentur, ad ea, quæ foris ſunt: con-
traq; ab his ad illa. Ergo frictio contrapoſitæ partis, potiſsimum per ea medicamenta, quæ calefa-
ciant: præterea vincula valentius adducta, ijs, quæ ad contrarium reuocant, remedijs ſunt annu-
meranda. Non ſecus profectò & naturalium meatuum, qui poſiti ex aduerſo ſunt, reclusio. Quæ
vero id præſtare medicamenta poſsint, tradita eorum materia à nobis eſt in libris, quos de medi-
camentis prodidimus: ſed de omni fluxione in ſequentibus etiam libris tractare neceſſum erit.
Nunc ad ſanguinis profluuium eſt redeundum. Quippe de genere obturantium quodammodo
eſt & vinculum ipſis profluentibus vaſis iniectum: ipſiq; noſtri digiti, dum ea committunt, ſtrin-
guntq;. Eſt & alia huc pertinens ligatio, quam Græci Epideſin vocant: quanquam ipſum vas cir-
culo non complectitur, ſicuti vinculum: verum cum ex parte complexu ſuo committat quodam
modo vulnerati membri diſſidentia labra, &, quę ſuperimpoſita ſunt, contineat, merito inter clau
dentia remedia numeratur. Præter omnia iam dicta, inter hæmorrhagiæ remedia cenſeatur, & ap-
poſitus vulneratæ partis ſitus. Porrò appoſitus fuerit, ſi ad geminum hunc finem ſit directus: nem
pe vt & dolore pars careat, & ſurſum ſpectet. Si vero vel prona ſpectet, vel doleat, non ſolum pro- G
fluuium non ſiſtetur, ſed etiam, ſi non ſit, prouocabitur. Ergo, qui hæc norit, ſiquando aſtiterit ei,
cui ex vulnere ſanguis profluit, (de his enim primum agam) illico digitum ſuper os vulneris vaſis
imponat, blande innitens, ac ſine dolore comprimens: quippe ſimul tum ſanguinem ſiſtet, tum
eum concreſcere in vulnere faciet. Quinimmo ſi vas, vnde profluitur, alte ſit demiſſum, certius
ipſius tum poſitum intelligat, tum etiam magnitudinem: præterea, vena ne ſit, an arteria. Poſt hęc
iniecto vnco attollat, ac modice intorqueat. Quòd ſi ne tunc quidem ſiſtitur ſanguis, ſi vena fue-
rit, tentet citra vinculum ſanguinem ſupprimere aliquo ex ijs medicamentis, quæ ſanguinis ſup-
primendi facultatem habeant. Sanè optima horũ ſunt emplaſtica ea, quæ ex frixa reſina, & farinæ
triticeæ tenuiſsimo polline, & gypſo, alijſq; id genus ſunt confecta. Sin arteria ſit, duorum alterũ,
aut vinculo amplectens, aut totum vas præcidens, profluuium ſiſtes. Sanè vinculum magnis quo-
que venis inijcere interdum cogimur: atq; etiam interdum totas præcidere vtique tranſuerſas. In-
cidet autem huius neceſsitas in ijs, quæ ex profundiſsimo loco rectæ aſſurgunt, præſertimq; per
anguſtas, vel principes particulas. Quippe ita retrahitur ex vtraq; parte pars vtraq;, celaturq; ac
integitur à ſuperiacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen eſt vtrunq; facere, & vinculum va-
ſis radici inijcere, & quod deinceps habetur præcidere. Radicem vaſis voco priorem eius partem, H
quæ vel iecinori propior eſt, vel etiam cordi. hæc in collo ab inferiore eſt parte: in brachijs & cruri-
bus à ſuperiore: in ſinguliſq; reliquarum partium, prout ex diſſectione intelligere licet: quam nec
ipſam a methodi iſti Theſſalij admittunt.

Quo pacto implenda carne ſint vlcera, cum ſanguinis impetum ſtiterimus: ac de medicamentis, quæ cruſtam inducunt. CAP. 4.

His pactis implendũ carne vulnus q̃primũ eſt prius, q̃ vinculum à vaſe decidat. Niſi. n. produ
cta caro prius locũ, qui circa præciſam arteriã eſt, impleuerit, ſed locus aliquis vacuus ſupfue
rit, vtiq;, quod Græci Aneuriſma dicunt, ſequit. Quã ob rẽ eo potius gñe ſanguinẽ ſiſtentiũ vten-
dũ ſuadeo, qd' ſua lentitia meatus obſtruat, (emplaſticon vocãt) q̃ qd' cruſtã efficit, ppea, q̃ & citius
& minore cũ periculo poſt ipſum impleť vulnus. Quippe periculum in altero eſt, ne, ſi defluat cru
ſta, rurſum ſanguinis, pfuſio ex vaſe excitet. Optimũ igit oium, q̃ noui, medicamentorũ, quo ẽt ad
cerebri mẽbranarũ hæmorrhagias tutiſsime vtemur, eſt, qd' nunc ſubijciã: Thuris pars vna, aloes
partis vnius ſemiſsi miſceť. mox cũ vtendi tẽpus inſtat, tm̃ huius cum oui candido ſubigit, quantũ
mellis reddat craſsitudinem: hoc dehinc leporis molliſsimis pilis excipitur: deinde tum vaſi ipſi,
tũ vlceri toti liberaliter imponit. alligandũ aũt id forinſecus faſcia eſt ex tenui linteo. Cuius faſciæ

primi

A primi quatuor quinque ue amplexus ipſi profluenti vaſi inijcientur: abhinc vaſis radicem verſus
ducentur, in quibus videlicet partibus radicem verſus ducere licet. Licet autem ferè in omnibus
præterq; cerebri mẽbranis. His factis, vbi tertio die ſolueris, ſi tutò adhuc medicamen vlceri adhæ-
ret, aliud rurſus ſuper impones: ac veluti linamentum id, quod ex pilis factum inhæſit, made faciẽs
deligabis ita, vt initio deligaſti. Sin prius ſua ſponte linamẽtum decidat, radicem vaſis digito blan-
de comprimens, quatenus videlicet nihil confluat, hoc quidem ſuſpenſa manu adimes, atq; alterũ
impones: ad hunc modum, quoad carne munietur, curare vas debebis, vtiq; à principio ad finem
vſq; particulam ſupinam ſeruans, cuſtodito tamen in hac ſitus figura, modo. Vitandum enim, ne
dolor incidat, ac rurſus profluuium excitet. cum nihil ſit, quod profluuium magis, q̃ dolor, prorí-
tet, & phlegmonas augeat. Hoc medicamento multifariam vtor, aliàs (vt dictum eſt) duplum thu-
ris aloe admiſcens: aliàs pari modo ambobus vtens: aliàs paulo ſuperante aloen thure, aut etiam
pluſculo, ſed nondum duplo: etiam mannã pro thure aliquando inijciens. Eſt autem manna medi
camentum, quod magis, q̃ thus, adſtringat: Thus vero, q̃ manna magis emplaſticum. Porrò cõſtat
in duris corporibus plus aloes eſſe immiſcendum, in mollibus plus thuris. Eritq; alterum eorum
magis adſtringens: alterũ lentitia & craſſitudine ſua tenuibus ſpiramentis magis inhærens: quod
B emplaſticoteron vocãt. Itaq; etiam, magis tenax, ac (vt ſic dicam) reſinoſius deligas thus, oportet,
vbi magis eſſe emplaſticum medicamentum ſtudebis: id ſanè tum mollius eſt, tum albidius, tum
quod manſum ritu aloes & mãnę non cõminuitur, ſed partes ſuas ſibi cohærentes defendit, velu-
ti Chia maſtiche. Verum hæc eius tractationis ſunt propria, quę de componendis pharmacis pre-
cipit: quam in hoc opere non alicubi attigiſſe omnino non licuit. Siquidem aut nusq; nobis parti-
cularis exẽpli faciendi mentio fuit, ſed ipſis tantum vniuerſalibus contentos eſſe methodis opor-
tuit: aut, ſi particularia poneremus, etiam preparatio eorum fuit attingenda. Verum (vt ante eſt di
ctum) eius generis remediorum, quę methodo ſint inuẽta, vno altero ue exemplo hic poſito con-
tentos eſſe conueniet. Id vero ſemper mihi teneri memoria velim. Sed reuertamur rurſus ad id,
quod dicendo, parum abſoluimus. Mentionem enim iam dicti medicamenti idcirco pluribus fe-
ci, q̃ cæteris id omnibus præſtare mihi perſuaſi: mirorq;, ſicui melius inuenire contiget. Ideoq;
tum in cerebri membranis ſemper: tum in colli vulneribus eo vtor: etiam ipſarum venarum iugu-
larium, quas Sphagitidas vocant: vtpote cum harum quoque profluuium citra vinculum ſiſtat.
Non eſt autem in his committendum, vt in opere properes, veluti quidam ſtolidi chirurgi faciũt:
ſed altera manu inferiorem vaſis partem comprimes, aut complexus tenebis: altera medicamen-
C tum vulneri impones, ac blande ei apprimes, donec concretum adhæſerit: mox deligabis ſuperne
deorſum, non (vt in artubus) inferne ſurſum. ſiquidem radicem verſus vaſorum ducere deligatio-
nem oportet, ac, quod confluit, reprimere. Sunt porrò & alia non pauca pharmaca, quæ citra om-
nem dolorem emplaſticam vim obtinent: verum nullum ita carne implet. Expedit autem quàm
maxime in eiuſmodi caſu, vt priore medicamine cadente, caro circum vas ipſum ſit producta. At,
quæ cruſtas generant, vbi cruſta decidit, magis nudam partẽ, quàm pro ipſius naturali habitu, de-
relinquunt. Eſt nanque ipſius cruſtæ generatio ex ſubiectis circumpoſitiſq; corporibus (vt ſic di-
cam) ſemiuſtis: ſic, vt cuiuſmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parant, eiuſmodi ipſæ
cruſtæ carnis exuſtę ſint reliquię. Quare, quantum particulę aduſtum ad cruſtam eſt, tantum pro-
fectò ipſi de naturali carne deperditur. Id itaq; omne particulæ decedit, cum cruſta cadit. atque ob
eam rem nuda ſineq; carne viſitur. Multisq; poſtea, q̃ cruſta decidit, profuſio ſanguinis, quæ egre
ſupprimi potuit, ſuperuenit. Quare in his quoq; quiſquis methodo adminiſtrare omnia volet, is
tum modos omnes, quibus ſanguis ſupprimatur, longe ante conſiderabit: tum eum eliget, qui mi
nus ſit cum periculo, vtens non minus et reliquis omnibus, quoties neceſſitas vrgebit. Maximam
autem neceſsitatem, vel cruſtificis medicamentis, vel ignitis ferramentis vtendi animaduerti, vbi
D ex eroſione putreſcentis alicuius, profluuium ſanguinis concitatur. Quinetiam, vbi in tali affectu
totum, quod computruit eſt ſublatum, tutius eſt vel ipſius veluti radicem adurere, vel certe cruſti-
ficis medicamentis vti. Hac vero ratione tum in pudendis, tum ſede ad talem neceſsitatem ſæpe
deuenimus, q̃ videlicet hæ partes tum propter naturalem hũmiditatem, tum q̃ excrementorum
ſunt canales, ex leui cauſa putreſcant: id vero, quò pro incruſtantium pharmacorum delectu con-
ſilium diriges, erit non vtiq; ſolus calor, ſed cum quo adſtringendi facultas ſit coniuncta, qualis in
chalcitide, & myſi, & atramento ſutorio, ſiue vſtis his ſiue inuſtis vtere, viſitur. Quæ vero ex cal-
ce non extincta conficiuntur, ea vtiq; valentiora his ſunt: cæterum calx adſtringendi vim non ha-
bet. Excidunt igitur citius, quæ ab his fiunt cruſtæ: hærent autem corporibus diutius, quæ ab ad-
ſtringentibus. Quod vtique longe eſt vtilius: quando ita prius naſcitur in imo earum caro, efficí-
turq; profluenti vaſi velut operculum quoddam. Vnde nec noſmet præcipites eſſe (veluti non-
nulli ſunt) ad cruſtas, vbi hæmorrhagias periculum imminet, detrahendas oportet, niſi in illis tan-
tum affectibus, in quibus propter putredinem candens ferrum corpori hominis admouere coacti
fuimus. Appellant, neſcio quomodo, eum affectum oẽs nunc medici Græci νομὴν à verbo, quod
paſcere ſignificat, propterea, q̃ pergere paſcendo id vitium ab ęgris particulis ad eas, quæ integræ
ſint, ſoleat, atq; harũ ſemper aliquid ægris adijcere: ita, ut nõ à ſubſtantia indicatæ rei, ſed ab acceſ-

* Ἀπ' θερμότητο τα. i. caliditatẽ.

ſorio

sorio appellationem indiderint. Copia materiæ medicamentorum omnium, quæ hac prædita facultate sunt, in proprijs commentarijs dicta est. Proprios intelligo, & qui de simplicibus medicamentis, & qui de compositione eorum sunt scripti. E

Capita methodi sanguinis profluuium sistendi, ac de eo profluuio, quod de profundo corporis erumpit. CAP. 5.

ERgo recensitis huius methodi, qua sanguinis profluuia, quæ ad manum sunt, cures, capitibus mox ad eorum, quæ in alto sunt corpore, tractationem accingemur. Qui igitur è vasis profluit sanguis, aut propterea, quòd amplius non confluet, sistetur: aut quòd occlusa diuisio erit: aut etiam propter vtrunq; simul: id quod reor tutissimum. Porrò confluere prohibetur et propter animi deliquium, & cum ad contraria reuellitur, & cum ad vicina deriuatur, & per refrigerationem tum corporis totius, tum vero præcipue ipsius partis afflictæ. Hac enim ratione etiam frigida pota sæpe hæmorrhagias suppresit. Idem facit & frigida foris in fotu affusa: sed & posca, & vinum acerbum, aliaq;, quæcunq; vel astringendi, vel simpliciter refrigerandi vim habent. Clauditur ipsa diuisio, si vel contrahatur, conniueatq; id, quod diuisum est, vel obstruatur. Sanè contrahitur tum adstrictione, tum refrigeratione, tum deligatura, tum vinculo exceptum. Obstruitur vel intrinsecus, vel extrinsecus: Et intrinsecus quidem, à sanguine concreto, Græci Thrombon vocant: Extrinsecus tum hoc ipso, tum vero linamentis, & spongijs, & crustis, & medicamentis ijs, quæ lentitia crassitieq; sua meatus obserant, (Græci Emplastica vocant:) ad hæc corporibus ijs, quæ circũiacent, propius admotis. Quorum singula quemadmodum perficiantur, dictum iam est. At, quæ de profundo sanguinis profluuia erumpunt, ea nec vinculo, nec deligatura sanes, veluti nec ignitis ferramentis, nec (vt semel dicam) ijs, quæ diuisum ipsum corpus partem'ue contingere machinamur, immo per reuulsionem, ac deriuationem ad vicina: præterea cibũ potionemq;, qui & emplasticam vim habeant & refrigerent, & medicamenta, quæ adstringant. Habes vero vberem talium materiem in propriis operibus. Quæ vero à partibus indicatio sumitur, ea cõmunibus, quæ iam dictæ sunt, curandi indicationibus, veluti auctarium in singulis affectibus accedit: siquidem instrumentis aliquãdo vtimur pro partis ipsius proprietate, alijs ad vterum, alijs ad vesicam, alijs ad omnia intestina crassa. Quippe in hæc, per clysterem: in vterum, per ea, quę Metrenchytas Græci vocant, idoneorum aliquod medicamentorum immittimus: Sic & in vesicam, per in directum foratas fistulas. Sanè rariora ex his profluuia sanguinis fiunt, sed tamen aliquando fiunt: &, quanquam non profusione ipsa, periculosa, at certe ob diuturnitatem non sine periculo. Siquidẽ quaternis diebus vidimus è vulua profluere sanguinem, nec potuisse vllo remedio sisti, quoad quarto die plantaginis succo vtentibus nobis prorsus constiterit. Est porrò id medicamen & ad ea, quæ ex erosione excitantur, sanguinis profluuia vtilissimum: cui etiam valentius aliquod hoc casu medicamentum, aliàs aliud ei miscere soleo, vtiq; ad totum respiciens affectum: id quod semper est faciendum, ac pro maximo documento in omnibus habendum. Nam in his ipsis, quæ ex vulua, vesica, & intestinis profluuia citantur, æstimari debebit ipsius profusionis quantitas, vt videlicet hãc iam vel vt primam, vel vt secundam indicationem curationis habeamus, nec tamen obiter totius affectus non habentes rationem. Nam, si perruptum vas aliquod magnum est, aut vehementer reclusum hiat, vtique adstringentibus medicinis est opus, veluti balaustio, & hypocystide, et rhoe, & omphacio, & acacia, & gallis imaturis, & malicorio. Sin vel exiguum vas est, quod perruptum est, vel modice reclusum, sic, vt non multus sit, qui in eo profluit sanguis, etiam aloe, & manna, & pini cortex, & lemnium sigillum, & spinæ ægyptiæ fructus, & crocum, & lapis hæmatites, aliaq; id genus ex vino nigro austero vtilia medicamenta sunt. Quòd si nec genus id vini præstò sit, nec plantago, nec solanum, (quippe hæc quoque sunt idonea) coquemus in aqua & rubi germina, & cynosbati, id est canini rubi, & myrti, & lentisci, & hederæ, in summa omnium, quibus adstrictoria vis ineſt, siue radix sit, siue fructus, siue cortex, siue germen: ideoq; etiam adstringentium malorum, maximeq; cotoneorum, itemq; myrtorum, & mespilorum decoctum idoneum ad proposita præsidium est. H

De profluuio sanguinis ex erosione, vel Diapedesi. CAP. 6.

AT, si ex erosione profluuium quoddam incidit, non est id magna ex parte profusius, sed exiguum & paulatim effluens: eoq; Pasionis, vel Andronis, vel Polyꝛdæ pastillis vtẽdum est, aut ẽt (vt dictum est) nostro, † qui genere eandem vim obtinet, cęterum magis potentem. Sistunt enim hæc erosionem: si tamen etiam toti corpori sit consultum, vt prius est dictum. Sin profusior hæmorrhagia sit, ijs, quæ vehementissime adstringant, vtendum medicamentis est, quoad vehemens eius impetus frangatur: mox deinde admiscendi illis pastilli sunt: postea ad ipsos solos veniendum, cum aliquo ex ante dictis succis aut decoctis. At vero, quæ extrinsecus profluenti particulæ admouentur, tum adstringentia, tum citra adstrictionem frigida, hęc ipse (veluti plerique me dicorũ) non vbiq; probo: sed mihi contra omnino, q̃ fieri res postulat, ipsum sanguinẽ intrò cõpellere, ac venas, q̃ in alto sunt, implere videntur. Vidimus. n. quosdam eorum, qui ex pulmonibus sanguinẽ reijcerent, ex thorace refrigerãdo manifeste læsos: æque vt, qui sanguinẽ vomuerũt, non nullos, q̃ vẽter foris esset refrigeratus. Eodẽ mõ & eorũ, quibus ex naribus sanguis ꝓfluxit, aliqui ex capitis refrigeratione deterius habuerunt. Ergo nec oino, nec sine discrimine, nec oĩ tpe loca, quæ

* arnogloſsũ.

† mpresi cod. & manuscripti qdam, vt Linacer transtulit, habent: sunt tñ qui addant τῷ διὰ χάρτου. i. ex charta confecto.

A quæ circa particulam, vnde sanguis profluit, sunt posita, refrigeranda suaserim, immo postea, q̃ in alia prius auerteris: vt, exempli gratia, in naso, vbi sanguinis missione (vt diximus) sis vsus, vel artuum frictione deuinctioneq;, vel ad præcordia defixis cucurbitis. Quin ne sic quidem ad frõtem & caput ilico refrigerantibus vtendum, sed prius est ad contraria reuellendũ, vtiq; affixa in summa ceruice cucurbita. Quippe duplex est in sanguinis ex naribus profusione auersio: & quæ est ad totius corporis inferna: & quæ est ad capitis posteriora: propterea videlicet, q̃ ipsæ nares & in superiore, & in anteriore parte sunt sitę. Aduersatur aũt ei, quod supra est, id, quod infra: & ei, quod post habetur, id quod ante. Verum de sanguinis profluuio vel hactenus dictum abunde sit. Patet nanq; & diapedesin, quã vocant, refrigerantibus astringentibusq; esse curandam: &, si propter tenuitatem sanguinis aliquãdo incidat, crassiore victu. Is vero cuiusmodi sit, dicetur in sequẽtibus: dictumq; iam ad quendam modum est in libro, qui de attenuante victu est scriptus. Iam vero ad memoratorum affectuum curationem est redeundum. Ergo, quod venæ insedit vlcus, vbi ad manum est, eandem desiderat curationem ijs, quæ in carne accidunt, de quibus, duobus ante hoc voluminibus disputaui. Nam, siue ex recenti vulnere factum est, id agendum est, vt medicamẽtis ijs, quæ Enæma vocant, coeat: siue ex erosione, quęcunq; dicta de rebellium vlcerum curatione sunt, * Hypochondria. Quam dictionẽ Linacer fere semp præcordia transtulit.

B ea prius ratione discernenda, mox, vt opere perficiantur, tentanda. Quinetiam, vbi vinculo vas sis complexus, aut medicamentis sanguinem supprimentibus, aut ferramentis ignitis vsus, illudq; tibi curationis propositum restet, vt, quæ circa vlceris labra sunt, carne impleas, ijsdem omnino medicamentis vtere, quæ in methodo sinuosorum vlcerum nobis sunt præcepta.

De vulneratæ arteriæ curatione. CAP. 7.

DE arteria autẽ vulnerata iam dictum est non nullis medicorũ videri non posse fieri, vt coeat. Atq; id asserunt aliqui quidem sola experientia se contentos professi: alij vero ẽt ratione vsi eiusmodi. Siquidem duram esse ac chartilagineã aiunt alteram arteriæ tunicam, talium vero nihil posse in vnum coire, cum sit mollium tm̃ corporum in vnum coeũdi habilitas: vt tum in externis videre licet, nullo nec lapide cum lapide, nec testa cum testa vnquam coeunte: tum vero in nobis ipsis, qñ nec chartilago cum chartilagine, nec os cum osse coalescat. Non. n. fracta ossa per vnitionem cohærent, sed per callum eum, quem pæon Græci vocant, ceu glutino iunguntur. Igitur nos quoq; ab experientia nostra primum incipiamus, in mediumq; proferamus ea, quæ ipsi visu vsurpauimus. Vidimus. n. in mulieribus & pueris tum conglutinatas arterias, tum carne vndique circundatas, idq; in fronte, malleolo, & articulo brachij summæq; manus medio. Simile quiddam ali C quando & agresti contigit iuueni, dum sanguinem sibi mittendum veris tẽpore curaret, quod nostratibus maxime est in vsu. Cum enim medicus, qui venam incisurus erat, brachium hominis deligasset, cõtigit attolli velut in gibbum arteriam: itaq; hanc pro vena medicus diuisit. Exigua sanè incisio erat: sanguis aũt flauus & tenuis & feruidus statim eiaculabatur, idq; cum quodam veluti saltu. Ac medicus quidem, vt erat admodum iuuenis, et operum artis parum peritus, venam se incidisse putabat. Ego vero cum quodam alio ex ijs, qui aderant medicis, vtiq; seniore, vbi, quod accidit, aduerti, præparato ex emplastrorum genere, † {quod sanguinem supprimit, medicamẽto,} tum incisionem curiose coniunxi, tum sup medicamen ilico imposui, ac spongiam mollissimam extrinsecus sup hoc deligaui. Mirãte vero, qui arteriam inciderat, † {insolitam nostram in hoc casu prouidẽtiam,} indicauimus homini rem factã, sed postea, q̃ incisi hois diuersorium exijssemus: iussimusq;, ne vel solueret nobis absentibus, vel ante quartũ diẽ id aggrederet, sed ita, vt erat, deligatum haberet, spongiam duntaxat desuper madefaciens. Postea vero, q̃ in quarto soluẽtes planè conglutinatam incisuram inuenimus, rursus idem medicamen imponere iussimus, tum simili modo deligare, nec multis postea diebus soluere. Atque ita percurata est huius hominis incisa arteria, sola omnium, quas in cubito incisas vidi. Nam reliquis omnibus aneurysma, alijs maius, alijs minus superuenit. Ac, quemadmodum quidem aneurysmata curare conueniat, in progressu dicetur suo loco, vtiq; cum reliquorum omnium prẽter naturam tumorum curatio tradet. Nunc cœptam disputationem absoluamus. Siquidem arteriæ natura difficultatẽ quidem durioris tunicæ sue conglutinandæ prorsus indicat, non tñ eiusmodi, quæ euinci omnino nequeat. Neq; enim ita est sicca duraq;, vt os vel chartilago, immo longe his mollior, ac magis carnosa. Quo vtiq; minus de vnienda sectione eius est desperãdum, vbi tum ipsa sit parua, tum hominis corpus natura molle. Videt autẽ experientia quoq; ipsa rationi subscribere: cum & in pueris & in mulieribus propter corporum humiditatem & mollitiam, eam viderim glutinari, & in vno iuuene, cui (vt dictum est) exigue erat incisa. Cum vero sanatu difficilior sit arteria, q̃ vena, non tamen est medicamẽtorum d modum diuersus in vtraque vsus, immo specie planè idem maioris minorisq; ratione euarians. Quippe tanto siccioribus medicamentis eget arteria, q̃ vena, quanto ipsa est suapte natura siccioris temperamenti, q̃ vena. Quòd si carnem circa gigni est opus, eadem ambę requirunt. Siquidem ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circundandis, quo in cauis vlceribus prouenire est traditum. At, quæ in vtero, vesica, vel intestinis venæ arteriæq; sunt, cum eadem genere medicamenta, vbi exulceratæ sunt, requirant, etiam instrumenta, quibus infundantur, metrenchytas. i. vterinos clysteres, & syphonem rectũ, & clysterem desiderant. Ad ea vero, quæ in recto

† ἐναίμῳ φαρμάκῳ.

† Quidã cod. legunt τὸν τρόπον τῆς ἀνθοῦς &c. i. modũ insolitę nobis in hoc casu ꝓuidẽtiæ. Alij. τὸν λόγον τῆς ἐπιθοῦσης &c. i. rõnẽ seu modũ ꝓuidentiæ, q̃ nobis in hoc casu succurrit.

intestino

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

inteſtino ſunt vlcera, etiam per veſicam, cui ſit fiſtula recta ad finem annexa, iniſcere liquatum me E
dicamen tepidum licet. Variabitur itaque remediorum conſiſtentia pro inſtrumentorum ſpecie.
neq; enim fas eſt eiuſmodi inſtrumentis craſſa medicamenta infundere, ſed humidiora poſtulant,
atq; idcirco mediocriter plerunq; calida. Proinde ſicca medicamenta, magis ſunt idonea, quàm ea,
quæ liquabilia vocantur, quoniam facile, vel plantaginis, vel alterius eius generis ſucco miſcean- * arnogloſſi.
tur. Eiuſmodi medicamenta ſunt & crocum, & pompholyx, & aloe, & quæ Cephalica græce di-
cuntur. in ipſo autem primo producendæ carnis tempore, quod ſuppreſsionem ſanguinis conti-
nenter excipit, etiam lemnia terra ſalutare auxilium eſt.

De vlceribus pulmonis, & ſanguine de pectore erumpente. CAP. 8.

AT, quæ in pulmone hæſerunt vlcera, difficiliora ad curandum ſunt. Quibuſdam vero non
difficilis modo eorum curatio, verum etiam, quæ perfici omnino nequeat, videtur, idq; tum
ratione coniectantibus, tum experientia. Ratione, quoniam pulmo inter viſcera propter anhelitum perpetuo ſit in motu: cum vtique quietem requirant ea, quæ ſint ſananda. Experientia, quòd
neminem vnquam eorum, qui ita ſunt affecti, ſanatum viderint. Atq; de experientia quidem (nam
hinc ecepiſſe par eſt) dubitare fortaſſe licet propter agnitionem. Nos enim vidimus alium ex eo,
quòd maxime vocem in clamore intendiſſet, alium, quòd ab alto cecidiſſet, alium in palæſtra per- F
cuſſum, nō ſolum ſtatim grauiſsime tuſsiuiſſe, ſed etiam ſimul cum tuſsi alios vnam duas ue, alios
plures heminas ſanguinis ſpuiſſe. Qui vero ita erant affecti, aliqui omnino ſine dolore erant, alij
in pectore dole bant. Quinetiam ſanguis ijs, qui doluerant, nec cōfertim reiectus eſt, nec multus,
min usq; tum ruber, tum calens, ceu è longinquo veniens. At, quibus citra dolorem eſt reiectus,
ijs & confertim, & plurimus, tum ruber feruensq; expuebatur, clare docens, q̄ non procul veni-
ret. Porrò aliam dubitationem facit, nec hāc leuem, ipſa ſanguinis ex thorace in aſperam arteriam
tranſſumptio, propoſitam videlicet à medicis, ijs, qui tranſmitti eum per membranā, quæ pulmo-
nem inuoluit, poſſe non putarunt. Forteq; (niſi multis eorum, qui ita ſunt affecti, tum ſtatim ortus
dolor, tum vero quibuſdam eorum phlegmone ſuperueniēs, quæ poſtea ſuppurauit, manifeſtum
indicium præbuiſſent in pectore conſiſtentis affectus,) pronunciaſſent ſanguinem ex pectore per
fauces nunquam reijci. Nunc vero his indicijs confuſi, à pectore quidem venire concedunt. Cæ-
terum, dum aliam viam, quàm per pulmonis membranulam inquirunt, multa, eaq; abſurda pro-
ferre coguntur. quāuis in ijs, quos Empyus græce vocant, ipſum pus, quod medio ſpatio inter pe-
ctus & pulmonem contineri ipſi fatentur, videant, arbitror, apertiſsime ex pulmone expui. Nos
vero in ijs, quibus erat in pectore tantus abſceſſus, vt etiam oſſium aliquid caríe corrumperetur, G
manifeſte ipſis oſtendimus mulſam, quæ iniecta in pectus fuerat, ex pulmone expui. Sanè nouí-
mus in vrbe Roma, †{loco profectò fluxionibus maxime obnoxio,} eiuſmodi affectus in pecto- † Linacer vīle
re non raro conſtitiſſe, vt neceſſe fuerit ipſum os, quod affectum fuerat, excidere. In plurimis vero giſſe τοπῳ ῥευ
etiam membrana, quæ coſtis intra ſubtenditur, vnà cum corrupta coſta inuenitur putrefacta. So- ματικῷ. codi-
lemus ergo in curatione, mulſa per vlcus infuſa, iubere aliquando quidem, vt inclinati in laboran- ces tñ græci ha
tem partem tuſsiant: ſæpe vero molliter cōcutere: interim etiam organo, quod pus extrahit (Pyul- bent τρόπῳ
con Greci vocant) educere, quod intus ex mulſa reliquum eſt. Hoc facto, vbi tum pus vniuerſum, ῥευματικῷ vel
tum etiam ſaniem vlceris eluiſſe conſidimus, mox medicamenta inijcimus. Ergo in eiuſmodi af- τρόπον ῥευμα-
fectibus, ſi quem in medio pectoris ac pulmonis ſpatio humorem reliqueris, ſtatim hunc tuſsi eie- τικόν, vt ſic ȳ-
ctum contemplabere. Mirandi profectò ſunt ij, qui de via per pulmonem hæſitent, quo pacto nō tat: Sane nouí-
magis hæſitent, quemadmodum craſſus ſanguis in fracti oſsis callo effundatur. Nam & ipſe, qui mus ī vrbe Ro
effunditur, non paulo naturali eſt craſsior, & cutis ſubſtantia longe vtiq; craſsior pulmonis inuo- ma eiuſmodi
lucro eſt. Quod igitur diximus, cum vel caſu, vel præualida acutaq; voce vas aliquod in pulmo- affect⁹ rheuma
ne rumpitur, citraq; dolorem confertim ſanguis feruens floridus multusq; cum tuſsi expuitur, ſci tico modo ī pe
re licet in viſcere vulnus eſſe. Aggredienda vero curatio eſt, prout nos ſæpe ſumus aggreſsi. qui- H ctore non raro
bus vtiq; non raro ſucceſsit. Igitur laboranti ipſi iniungendum eſt, vt nec magno vtatur reſpiratu, ꝓſtitiſſe. & ita
ac ſemper agat ſilentium: præterea vena cubiti interna protinus incidenda: à qua bis terq; poſtea legit ēt vetus ī-
ſanguis eſt detrahendus, vtiq; eius auertendi cauſa: tum artus oēs fricandi vinciendiq; ita, vti ipſi terpres.
ſolemus. vbi hæc ſunt facta, primum poſca tum diluta, tum tepida potui eſt offerenda, quo, ſiquis
in uiſcere thrombus. i. cruor concretus latiter, reſolutus expuatur. atque hoc nihil uetat bis ter ue
ternis horis facere. Ab ijs uero ēt aliquod eorum, quæ tum emplaſticam uim habent, tum adſtrin-
gunt, medicamentū exhibendū: idq; aut ex poſca diluta primum, aut ex malorum myrtorum ue,
uel alicuius eiuſmodi adſtringentium decocto. Rurſusq; ueſperi medicamen hoc ſimiliter dan-
dum, circunciſo, ſi ualentior ſit, omni nutrimento. ſin aliter, ſorbitionis, quod ſatis eſt, exhibendū.
Maxime uero ad rem pertinebit, ſi ēt poſtero die, modo fortis cubans ſit, parū ſanguinis ab inciſa
iam uena rurſum detrahatur: tum uictu medicamentiſq; eodem modo in quartū uſq; diem utaī,
pectore interim, ſi æſtas ſit, undiq; melino roſaceo ue madefacto: ſin hyems, nardino unguento.
Q; ſi emplaſtico aliquo uti medicamento placet, habes à nobis optimum, quo etiā ad reliqua uul-
nera cum fiducia utare. conſtat id ex bitumine & aceto, alijſq;, quæ illis miſceri medicamentis ſo-
lent, quæ enæma barbara à medicis dicuntur. Q; ſi mulieri mederis puero ue aut deniq; corpori,

quod

A quod mollis ſit carnis, quod ex chalcitide fit, ſatis habile medicamentum fuerit. cuius vires in pri-
mo libro eorum, quæ de medicamentorum cōpoſitione inſcripſi, explicauimus. Hac nos ratione
multos, ad quos ſtatim, vt malum ſenſerunt, acceſſimus, percurauimus. Quippe hoc maximū eſt,
cuiq; te attentum eſſe magnopere oportet, an videlicet ſtatim à ruptura vaſis facta curationē in-
cipias, quò cruētum adhuc vulnus prius, q̄ phlegmonen excitet, glutines. Nam, ſi ea ſemel inuaſe
rit, exigua ſpes eſt eius poſtea glutinandi. in longius tī trahere poteſt tps. Quòd vero eiuſmodi
vlcera vel difficulter, vel planè nunq; curari poſſint, hoc in cauſa eſt, q̄, cùm phlegmone ſoluitur,
eluenda pus vlceris & ſanies ſunt: Atq; ex vtero quidē & veſica tum ſua ſponte excernuntur, qm
videlicet pronis delabi licet, tum elui præterea à nobis poſſunt: In pulmone neutrum oīno fieri
poteſt. Quare oībus, quę huic loco hęrent, vlceribus vna reliqua expurgatio eſt ea, quę per tuſſes
fit. At, ſi recte his tum reliquā omnē quietem ſuaſimus: tum vero, vt ſenſim reſpirarēt, nec quicq;
loquerentur, vt vulnus glutinaretur, iniunximus, quę poteſt tuſſiētibus eſſe ſanationis ſpes? Nō
igitur propterea, q̄ in ꝓpetuo propter reſpirationē motu viſcus id eſt, deſperata curatio eſt, velut,
qui ante nos fuere, ſenſerunt, ſed ꝓpter ſaniei & puris vacuationē. Ideoq;, ſi ſtatim quis ſit aggreſ-
ſus, ac iam dicta ratione medeatur, coeunt: ſin phlegmone prius occuparit, difficilem incertamq;
B curationem recipiunt, q̄ pus & ſanies prorſus totaq; ex ſpatijs pulmonis non expellūtur, & tuſ-
ſis ægras partes valde lacerat. At, quæ ex pectore educūtur, triplex cōpendiū prę ijs, quæ ex pul-
mone vacuātur, habēt. Nam & vaſa ipſa multo ſunt minora, & ſanies in ſpatium interius effluit.
et in ſumma magis carnoſum pectus eſt, q̄ pulmo. Nam aſperæ arteriæ ſubſtantia, quę admodum
* πτώσεσι. i. carnis expers ſiccaq; eſt, nulla alia aialis in parte inuenitur. quæ etiam ipſa in eiuſmodi rēiectioni
caſibus. bus rumpi ſolet, cum, ſiqua reliqua vena vel arteria ſit rupta, ipſis aſperis illæſis manentibus, per
ſolas oſculorum (vt ſic dicam) coapertiones translatio ſanguinis fit. Itaq; ne calidus in talibus, nec
ruber, nec multus ſanguis emittitur. Ac videtur quidē prima ſaltem fröte leuiores eiuſmodi affe-
ctus, vt qui cōpia vacuationis minime terreant. Sunt vero vel ob hoc ipſum grauiores. Quippe
cōcretus circa ruptū vas cruor, cui facilis trāſitus in aſperas arterias nō eſt, glutinationē prohibet.

De vulneribus ſepti transuerſi, ac earum partium, quæ intra peritonæum continentur. CAP. 9.

SImili modo & tranſuerſi ſepti vulnera, quæ foras non peruenīūt, in carnoſis quidem partibus
ſubinde coaleſcere ſunt viſa, eius motu non obſtante. Quæ in neuroſis eius hærent, inſanabi-
lia ſunt. Sanè difficilis grauiſq; curatio eſt etiam eorum, quæ in carnoſis ſunt partibus, ſi has iam
phlegmone occupauit. Idq; non ipſi modo diaphragmati, verumetiam omnibus, quæ intra peri-
C tonæon ſunt contenta. q̄ in ea. ſ. ſanies defluat. Cæterum danda opera eſt, vt ea quacunq; ratione
ſiccemus, tum per ea præſidia, quæ extrinſecus imponuntur, tum per ea, quæ ex aqua vino ve te-
nui bibuntur. Porrò horum maxime idonea ſunt, & quæ propterea, q̄ ex ſeminibus fiunt, Dia-
ſpematon græce dicūtur: & quod ſolenne nobis eſt, quoq; in pectore perforato ſemper vtimur,
* ἐπιβροχαί. quod ex catia componitur. Cæterum tum hæc, tum humida quædam foris applicanda, quæ eiuſ-
modi vulneribus ſunt accōmodata, ad tractationē de medicamentis pertinent. Hic methodos tm
tradimus, quæ præſidiorum indicent genus. Quare, ſiquando quædam à nobis particulatim pro
exemplis adhibeātur, hęc addita claritatis cauſa fuiſſe exiſtimandum.

*Aduerſus methodicos, quòd medicamentorum genera è partium vlceratarum ſubſtan-
tia immutentur.* CAP. 10.

RVrſus igitur propoſitas methodos repetamus, mōſtremusq;, quantum generalis omnium
vlcerum curatio per ſingulas animalis partes ſpeciatim immutetur. Hinc nanque diſcemus
præcipue quidem id, quod in toto opere eſt propoſitum: nempe minime in curationibus errare:
velut appendicem vero, etiam eorum, qui ſe Methodicos vocarunt, audaciam. Qui (ſiquid mihi,
qui nec ad gratiā quicq̄, nec ad odiū loqui ſoleā, eſt credendum,) cū omniū ipſi medicorū maxime
D à methodo ſint alieni, dānant (quatenus ſaltē ſcribunt,) non ſolū reliquos veteres, ſed etiā ipſum
omniū nobis methodorū authorē Hippocratem. Ac Empiricus quidem omnia, quæ nos per in-
dicationem inueniri oſtendimus, ea dicit per experientiam ſibi cognita. Cum vero præter indi-
cationem & experientiam nullum inuentionis organum tertium præterea ſit, iſti neutro vtētes,
tamen appellandos ſe Methodicos cenſent. Ergo ſequantur nos, & nunc ſaltem oſtendant vlceri
bus omnibus per ſingula membra curādis vnam eſſe ſanationis rationem. Audiamus homines,
quo pacto vlcus curent, aut quales indicationes ab eo ſumant. Num alias vllas, q̄ q̄ planum cica-
trice ſit inducendum: ſinuoſum carne implendum: cruentum glutinandum? At quo pacto inue-
niam, quod cicatricem inducat: & quod carne impleat: & quod coaleſcere faciat? Ne labora, in-
quiunt. Sunt enim inuenta. At qui haud ſcio, an recte, aut an omnia. Fieri enim poteſt, vt vel ex
deteriorum nota quædam inuenta ſint, potiora inuenta non ſint: vel vt, quæ inuēta eſſe videātur,
etiam ipſa ſint mala: Indeq; adeo accidere, vt quædam vlcera prorſus non ſanentur, quædam lon-
giore ſpatio, & cum dolore, & famis cruciatu minime neceſſario. Neq; enim audet quiſquam no-
uam aggredi experientiam prius, quàm ſibi perſuaſerit priorem curandi rationem recte ſe dam-
naſſe: veluti in ijs vlceribus, quæ in pulmone conſiſtunt, quæ ne agnouiſſe quidem omnino fas
eſt citra diſſectionum actionumq; notitiam: quorū nimirum vtrunq; auerſantur. Cæterum con-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cedatur ad præsens cognosci ab istis Thessali sectatoribus vlcus, quod pulmoni insederit. Nun- B
quid igitur, sicuti hoc illis cõcessimus, sic etiam &, q̃ sordidum sit, intelligant, an purũ, an æquale, an sinuosum, an saniei, vel puris plenum, concedemus, videlicet vel ex diuino afflatu, vel per in-
somnium ea videntes? An hęc quoq; quomodo agnoscãt, percontabimur? An vero citra horum agnitiones pharmacum quoduis exhibere concedemus? Ego nanq; existimo primum expur-
gandam esse immundorum vlcerum sordem: implẽda vero carne esse, quæ pura & sinuosa sint: rursus pus saniemq; expurganda, quibus hæc circum hæreant: mox ita cicatricem inducendam. Isti vero, haud scio, quonam modo talia vlcera sanauerint. nam Thessalus de his prorsus nõ scri-
psit, ne videlicet vel ignorantiam suam, vel inconstantiam proderet. Quippe vel rationi parum consona, & falsa de his dicẽt: vel, siquis vera dixerit, eorum indicationem ex membri substantia, præterea situ formaq; accipiat, necesse esse. Nam esto, vlcus in pulmone sordidum purumq;, & cum phlegmone, & sine phlegmone, & sinuosum, & planum dignoscere norint. etiam illud scire eos detur, quanq̃ ne eius quidem, tametsi minimi, inuentionem sibi vindicent, nempe q̃ tale vl-
cus viridi medicamento expurgetur, Macherionis (si libet) vel Isidis. nihil enim refert. Respon-
deant igitur mihi, si vlcus in viscere hæserit, quid facient? Num viridis medicamenti aliquid de-
uorandum dabunt? Omnino ridicula res est. Sed dicant, vnde nam medicamen id in pulmonem E
deferendum sciunt? Quòd si id quoque sciant, illud certe intelligere non poterunt, an ipsam vim suam, quam in extrinsecus positis vlceribus habuit, seruabit. At esto sciant hæc quoq;, q̃ & eandem tuebitur vim, quam in externis vlceribus obtinuit, & q̃ sordes deterget: certe, an tussim mo-
uerit, intelligere non poterunt. Cum tamen, nisi per tussim sordes expurgetur, nullus sit deter-
gentis medicamenti vsus. Ergo id quoq; istis detur. At illud saltem effugere non possunt, quin diuersam curationem in vlcere femoris, & vlcere pulmonis adhibeant. Siquidem alterum aqua perluunt, alterum tussibus expurgant. Pone vero rursus vlcus, quod in pulmone sedit, crasso esse pure circũdatum. Nunquid tum quoq; viride medicamen exhibebũt, an mel potius lingere iube-
bunt? At id dicant, vnde nam inuenerint. Non enim profectò id respondebunt, q̃m tenuandi in-
cidendiq; vim quandam obtinet: cum ipsi à facultatibus eiusmodi disquirendis vltro diffugiant. Sed nec, q̃ Empiricis in eiusmodi notarum concursu inuentum est mel prodesse, propterea istis, sicuti illis, eo vti fas est. Primum, q̃ experientiam contemnunt: deinde, q̃ Empiricus in eiusmodi concursu, quænam sit in pulmone affectio, ignorare se fatetur, cæterum, quæ conducant, se per ex
perientiam obseruasse. At Thessalo non satis est curare, quod omnino non norit, sed ab affectuũ indicatione procedit. Sanè, si oĩa illi scire donemus, sicuti prius, non minus, q̃ nos, at nunq̃, pfectò G
effugiet, quin in diuersis corporis partibus curationis species mutetur. Non enim eadem cura-
tionis species profectò est aut mulsam in vterum propter sordidum vlcus infundere, aut mel co-
medendum exhibere, aut spongia vlcus eluere. Cæterum hæc adhuc parua: illa planè maxima sunt. Fingamus diutinum vlcus citra phlegmonen in multis esse partibus, oculo, aure, naso, ore, femore, ventre, vtero, sede, pudendis. Fingamus & illud, si placet, vlcus eiusmodi vel planũ omnino esse, vel exiguo minus planum: respondeantq; nobis isti sectatores Thessali, qui hæc nusquam discreuit, quomodo id cicatrice tegemus? Nempe eo medicamine, quod ex cadmia con
ficitur. Id enim vlceri, quod in femore constitit, belle cicatricem inducere potest. Sed num igitur & ei, quod in audiendi meatu constitit? Dicam fortassis incredibile, cæterum dijs ipsis notum.
Deprehendi aliquando quendam ex sapientissimis istis Thessali sectatoribus sic vlcus medican-
tem diuturnum. Cum citius homini auris putuisset ac vermes creasset, q̃ medicamẽto, quod ex cadmia componitur, inductum cicatrice fuisset: cæterum, permisso homine pluribus diebus me-
dicamento similiter vti, postea, q̃ in dies grauius auris oleret, & sanie impleretur, etiam incredibi-
lius q̃ddã, q̃ prius, ausum vidimus. Quippe ratus meatũ ipsum in profundo cõtraxisse phlegmo-
nen, confugit ad tetrapharmacum. quod planè multo magis augere putredinem partis debuit: H
vtpote quod siccare vlcus prorsus non potest, maturare phlegmonen potest. Ergo, vbi hoc me-
dicamento ad affectum sanandum vnò die est vsus, vt facile videres id maxime esse contrarium, & multiplicata statim saniei vis est, & fœtor intolerabilis obortus. Itaq;, qui propinqui laboran-
tis erant, contingere amplius aurem Thessalium non sinebant. Ille vero præ impudentia stulti-
tiaq; volebat non modo medicamenti tetrapharmaci aliquid inijcere, verũetiam extrinsecus ca-
taplasma relaxans imponere. At, cum eum propinqui hominis abigerent, timerentq;, ne in ma-
gno periculo æger foret, nos vnum diem amplius permitti Thessalio asino curationem exora-
uimus. Erat autem profectò postridie tum sanies multo copiosior futura, tum odor grauissimus. quo die tentaui, an fieri posset, vt sententiam Thessalij asselli mutarem, ne omnes perderet ægros, immo aliquos iam, tametsi paucos, seruare aliquando posset, tam aliena scilicet ab omni vera me-
thodo deserta secta. Ergo sic agere cum homine sum orsus. Nunquid (inquam) phlegmone tibi esse videtur in intimo meatu, proinde relaxantibus veteris auxilijs? Ille tum ita esse magnopere contendit, tum aliter esse non posse. An igitur (inquam) aliquando vlcus, quod cum phlegmone coniunctum esset, aceto acerrimo cum glaucio curatum vidisti? Minime gentium (inquit) immo, siquis pastillis andronijs ex aceto liquatis vtatur, etiam conuulsionem fortasse accersat. Ergo
(inquam)

A (inquam) siquis alio quopiam medicamento, quod sit andronijs multo valentius, ex acerrimo aceto vtetur, idq; ad aurem, ita propinquam cerebro inuolucrisq; eius particulam, nũquid planè te authore conuulsionem accerset, si phlegmone præsertim aliqua subsit? Hæc tum ipsi, tum ijs, qui adstabãt, vniuersis recte dici sunt visa. Ergo, quantum (inquam) ad ipsarum partium habitũ spectat, quæ ea, quæ ad summum siccẽt, desiderant, tametsi nũc curatione tua sint veluti effœmi-
natæ, iam tali medicamento vterer. Nunc q̃m plures iam dies male ipsas assuefeci sti, trãsferre eas ad contrarium vno impetu, & semel non licet. Nam tibi ac Thessalo contẽnere consuetudinem licet, non minus, q̃ partium naturam: nobis autem nõ licet. sed primo die aceto vtar cum glaucio: secundo vtar andronio: tertio ad valentius aliquod, q̃ ipsum sit androniũ, transibo. Atq; hoc tri-
bus quatuor've diebus vsus, si mihi vehemẽtius etiam medicamentum requirere vlcus videbit, eo etiam vti non dubitabo. Extrinsecus vero (inquam) imponam capiti ea parte, qua auris infesta
tur, non, me Hercules, sicuti tu, cataplasma, quod relaxare potest, sed eorum medicamentorum ali quod, quæ vehementissime siccare possunt: cuiusmodi est, quod ex salice cõficitur: aut etiã ipsum androniũ ex aceto illiniam: aut ex ijs aliquid, quæ hoc magis siccent. Nam, q̃m particula cui mede
mur, siccissima est, necesse est, valẽtissime siccetur. Indicat. n. veluti vitium ipsum, vt curetur, sibi
B applicandum esse contrarium: sic particula ipsa, quod sit sibi simillimum. Itaq; &, prout dixi, egi: sanauiq; hominem, nullo potentiore requisito remedio. Quibusdam vero, qui potentiora deli-
derabant, q̃bus vno altero've anno vlcus aurem infestauerat, valentius omnibus iã dictis medica-
mentum adhibuimus. Id fuit ferri scoria tunsa, cribrataq; tenuissimo cribro, mox in tenuissimum veluti pollinẽ læuigata, post cum acerrimo aceto ad mellis sordiumq; crassitudinẽ cocta. Constat aũt multiplex esse debere in mistione acetũ. Verum (quod sæpe iam dixi) materię medicamento
rũ copiam ex alijs cõmentarijs petes. Nunc, quę ad methodũ spectant, absoluãtur. Nam audiendi locus, q̃m est siccissimus, idcirco medicamentis eget, quę vehemẽtissime siccent. Quorũ nullum reliquarum partiũ cuiuis applicasse expedit: sed oculo exulcerato collyrium fortasse, quod ex thu
re cõficitur: naribus vero, qđ multo sanè magis siccet, q̃ vt oculis conueniat, minus vero, q̃ vt auri quadret. Itaq; & prius cõprehensi oẽs pastilli vtiles sunt, & medicamẽ, quod ad Musam refertur, aliaq; generis eiusdem. Vlcerum vero, quæ in ore accidunt, quæcunq; admodum sunt humida, ea medicamẽtis egent, quę vehemẽter siccent, veluti diphrygę, tum ipso p se, tum ex melle, & vi
no, & mulso: præterea & quæ iris dicit, & quæ anthera, hisq; vel siccis, vel ex melle, vel mulso, vel
C vino. Vtile vero ad talia est & Musæ medicamen: præterea rhois succus, & omphacium, aliaq; quæcunq; strenue siccant. Quid. n. materias percensendo morer? At, quæ simpliciora oris vlcera sunt, hæc sanare cõmode possunt etiam medicamenta, quę modice siccãt, veluti hæc ipsa, quę pro
pterea, q̃ in assiduo sunt vsu, Stomatica græce sunt dicta. Ea sunt, quod ex moris conficit, & quod ex rubi fructu, & quod ex succo cortícis iuglandiũ viridis, atque etiam his magis quod ex musto, & cupressi sphęrulis componitur. Quę vero in ore admodum humida vlcera sunt proxime ossa, vnde carie tentari ossa periclitẽtur, hæc propter ossium naturã, quę sicca est, vehemẽtissimis me-
dicamentis indigent. Itaq; ego iam comprehensos pastillos semper læuigo, ac siccum ipsum medi
camentum superimpono.

De indicationibus, quæ à substantia, ab affectu, à forma, atq; à situ partium sumuntur, exemplo vlceris in pulmone. CAP. 11.

POrrò dicta paulo ante sunt & ad vesicam, & vterum, & intestina, & pulmonem idonea me-
dicamentorum genera, quibus sit in singulis vtendum, genere quidem medicamenti ab ipsa curandarum partiũ substantia desumpto, sed cum affectu prius etiam æstimato, modo vero vtẽdi eius, tum à forma, tum etiam situ. Hinc nanq; excogitati sunt, & auricularij clysteres, quos Oten-
chytas vocant: & vteri clysteres, quos Metrenchytas: & recti syphones, quibus in vesicam aliqd
D infunditur, quos Catheteras dicunt: & ipsi clysteres. Hinc rursus, quæ in ventriculo, pectore, & pulmone vlcera consistunt, per ea, quę eduntur, ac bibuntur, esse curanda: Quę vero in intestinis, bifariã. Nã, quæ vicina vẽtriculo sunt, his p comesta, & bibita succurit: quę vero inferius sunt sita, p ea, quę inijciuntur. q̃n neq; ad ea, quę vicina ventriculo sunt subire potest, quod per sedẽ infun-
ditur: nec integris viribus ad inferiora ptingere, quod p os sit ingestum. Ideoq; etiã, quę vlcera in thorace, & pulmone consistũt, tum difficilius ijs, quę sunt in vẽtriculo, sanant, vt quorũ situs lon
gius absit, atq; idcirco medicamẽtorũ vis remittatur: tum propter hoc ipsum multo valẽtiora ea, quę deuorẽtur, præsidia requirunt, q̃ si ipsis statim vlceribus admouerent. Indeq; adeo excogita-
ta medicis sunt, vbi expurgandũ ex pectore, & pulmone pus est, fortissima, quæq; maxime disse-
cent, pharmaca, taliaq; omnino, quę, si vlcus in vẽtriculo esset, ipsum exacerbarẽt. Quinetiam, q̃ hæc per tusses expurgent, non aliunde, q̃ ex forma particularũ est desumptum: q̃ hæ nullum talẽ exitum habeant, qualẽ vterus, vesica, sedes, auris, nasus, & os. Hinc etiam fit, q̃ vẽtriculus vtrinq; expurgari possit, sursum p vomitũ, deorsum secundũ naturam. Quippe hoc genus indicationum ab instrumentalibus, quatenus instrumẽtalia sunt, est sumptum: sicuti, quæ siccandum esse docẽt, ab ipsarũ similariũ substantia sumũtur. Ab ipsis vero morbis rursus tales, veluti ab vlceribus (q̃m de his disputatio erat) & q̃ siccanda sint, vt supra est comprehensum, & q̃, qui è ventriculo eluere

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

pus volunt,non ſine periculo vomitum mouent,ſicuti ſi aliter infixam illi pituitam per oxymeli E
ac radiculas detergerent. ſed tutius deiectione vtuntur, cùm vomenti periculum ſit,ne &,quod
exulceratum eſt,dilaceret,& ſuccum quempiam inutilem ex vicinis attrahat. Quo nomine(vt di
xi)& vlcera,quæ pulmoni inſidẽt,difficillima ſanatu ſunt,vt quæ nec citra tuſſim expurgare poſ-
ſis,&,ſi tuſſim excites,lacerauerís. Itaq;, quaſi per mutuas operas,malũ ijs in orbem redit:quippe
cum,quæ lacerata ſunt,rurſus phlegmonen excitent:ſecundo rurſus phlegmonen ipſam matura
ri,& pus expurgari deſiderant. Quare ex oĩbus ſanandi difficultas his exoritur: & quòd ea, quæ
idonea vlceribus medicamenta ſunt,contingere vlcus,ſicut in ventriculo,non poſſunt:& q̃ p me
dium interuallum ferè vim ſuam amittunt:& præterea q̃ reſpirando mouentur, & tuſſiendo lace
rantur. Itaq;, cum in pulmone ruptũ vas eſt,ſcire aperte licet,niſi protinus,ante,q̃ phlegmone ex-
citetur,glutinatum ſit,id poſtea inſanabile fore.

De vlceribus,quæ in aſpera arteria ſunt, & in ſumma eius parte,ac de lactis,quod apud Tabias habetur,perfectione. CAP. 12.

CÆterum vlcera,quæ in aſperæ arteriæ interiore ſunt tunica,& potiſſimum, quę ſummę eius
parti(quam Larynga vocant)ſunt vicina,aut etiam in ipſa, hæc & curationem recipiunt, & F
nos non paucos eorũ,qui ita ſunt afflicti,ſanauimus. Sanè curationem eorum hinc maxime inue-
nimus. In grauis huius peſtilentiæ initio(quæ vtinam aliq̃n ceſſet)iuueni cuidam, cum nouẽ iam
dies ægrotaſſet,totum corpus vlceribus ſcatebat,†{veluti oĩbus ferè,qui euaſerãt.} Eo die etiam
tuſſiebat paululum. Poſtridie vero, vbi ſe lauerat,ilico & vehemẽtius tuſſiuit,et tuſsi expulit cru
ſtulam,quam græce Ephelcida vocant. Eratq; homini ſenſus manifeſtus vlceris in aſpera,quæ in
collo eſt,arteria propè iugulum nati. Quin aperto quoq; hominis ore fauces eius inſpeximus,nũ
quid in ijs alicubi vlcus eſſet. ſed nec ſic inſpectantibus apparuit vitium. & planè laboranti ſen-
ſus eius aliquis manifeſtus ex comeſtorum bibitorumq; tranſitu fuiſſet, ſi illic vlcus fuiſſet.
Quinetiam ex aceto,& ſinapi,certioris notitiæ cauſa, quædam ei deuoranda dedimus. Sed nec
horum quicq̃ eum momordit. & ſenſus doloris manifeſte in collo erat. Quo loco etiam adeo irri
tabatur,vt tuſsire impelleretur. Suaſimus itaq; reniti quantũ poſſet,nec tuſsire. Quod & fecit, eo
certe facilius,q̃ exiguum erat,quod proritabat. & nos oĩbus modis operam dedimus, vt vlcus ad
cicatricem peruenìret,foris medicamentum aliquod,quod ſiccaret,imponentes:tum cubanti ſu-
pino humidum aliquod ex ijs medicamentis,quæ ad eiuſmodi vlcus facerent, exhibentes: ac iu-
bentes id in ore continere,paulatimq; permittere in aſperam arteriam defluere. Sic igitur faciens
ſentire ſe manifeſte aiebat adſtringẽtis medicamẽti circa vlcus vim,ſiue ea vis huc† tranſmiſſa eſt, G
ſiue medicamen ipſum roris ſpecie in arteriam ad vlcus defluxit,& tanc̃ pcolatum eſt. Erat autẽ
nec æger ipſe medicinæ imperitus,ſed ex ijs quidam,qui ex vſu,& exercitatione empirice medi-
cabantur. Ergo ſentire ſe aiebat tum medicamẽtum in arteriam defluere,tum tuſsim quoq; aliq̃n
mouere. Obluctabatur tñ plurimũ,ac tuſsim cohibuit. Igitur ipſe quoq; ſua ſponte Romę quidẽ,
vbi correptus fuerat,triduum etiamnum poſt nonum diem eſt moratus. poſt hoc conſcenſo naui-
gio,primum per flumen ad mare nauigauit. quarto die poſt,nauí peruenit ad Tabias. vſuſq; eſt
lacte,quod & mirificam planè vim habet,nec ſine cauſa prædicatur. De cuius vſu aliquid dicere
oblatũ nunc tp̃s videtur,nec de eo tm̃,quod apud Tabias habetur,verũetiam de alio omni. Neq;
enim ijs modo,qui Italiam incolũt,eſt ſuccurrendum, ſed, quoad fieri poteſt,qui vbiuis habitant
gentium. Igitur ad lac,quod in Tabijs habetur,commendandum multa concurrunt,& locus ipſe
ſatis editus,& aer illi circũdatus ſiccus,& paſcuũ pecoribus ſalubre. Atq; hoc quidem alibi quoq;
arte præparare licebit, ſiquis in colle modice edito herbas fruticesq; ſerat, qui ſalubre ſimul ad-
ſtringensq; lac reddant. quorum exẽpla paulo poſt dicentur. Cæterũ, vt ambientem aera ſimilẽ
reddas,fieri oĩno nequit:Eligere tñ ſimillimum ex ea, quæ datur,aerum copia licet. Simillimus H
aũt is fuerit,cui eadem adſunt,quæ illi. Altitudo collis mediocris,via à mari ad ipſum triginta ſta-
dia,ampliusq; aliquid,ſed non multo. Locus aũt ipſe verſus mare. Nempe Tabiæ in imo maxi-
me ſinu eſt, quí inter Surrentum,& Neapolim conſpicitur,magis tñ in latere, quod ad Surrentũ
pertinet. Porrò totum id latus collis eſt ſatis magnus, longitudine ad Tyrrhenũ mare porrectus.
Inflectitur aũt leuiter collis hic ad occaſum:nec in meridiẽ in totum planè pcurrit. Ergo hic collis
à ventis ijs,qui ab ortu flant,Euro,Subſolano,& Borea,tutum defendit ſinum. Coniungitur illi
in imo ſinu alter collis non paruus,quẽ & veteres Romani in hiſtorijs, & qui nunc diligentiores
ſunt,Veſuuium nominant. Celebre nunc nouumq; nomen Veſuuium eſt,oĩbus hominibus no-
tum,propter ignẽ,qui in eo ex terra ſubmittitur. Quæ res non parum mihi ad ambiẽtis aeris ſic-
citatem conducere videtur. & alioquí præter ipſum ignẽ nec ſtagnum propinquum, nec palus,
nec fluuius alicuius momenti vſquã in ſinu habetur. Oĩbus vero ventis,qui ab Arcto ad eſtiuum
occaſum perflant, Veſuuius collis obijcitur. multusq; cinis ab eo ad mare vſq; peruenit, reliquiæ
videlicet materiæ, tum quæ in eo cõbuſta eſt,tum quę nunc etiam vritur. Omnia hæc aerem effẽ
ciunt ſiccum. Licet porrò & alibi terrarum eligere collem ſimili modo ſiccum, ſcilicet nec longe
à mari,nec adeo magnum, vt ventorum impetui ſit expoſitus:nec adeo humilem, vt ſubiectorũ
camporum halitum prompte recipiat. Caueatur aũt, ne ad Septentrionẽ ſit verſus. ita enim eſſet
auerſus

† Codices impreſsi & multi ẽt ex manuſcriptis legunt, vt Linacer vertit. καθάπερ καὶ ὅσ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ὅσ σωθέντες. & ita ẽt vetus interpres. Sunt tamẽ, qui non habent ,ὅσ σωθέντες. vt ſic verti poſtea deberet, veluti aliis fere omnibus.

† κατὰ διάδοσιν. i. p trãsſumptionẽ, eſt addendum.

Auerſus à Sole. Quòd ſi etiam in temperato orbis loco collis ſit,veluti is,qui ad Tabias conſpici-
tur, longe magis ad rem pertineat. Hoc in colle ſunto herbæ quidem,agroſtis,& lotus, & polygo
non,& meliſſophyllon: Frutices vero lẽtiſcus, & arbutus,& rubus,& hedera,& cytiſus,aliſq; his
ſimiles. Atq; ita tibi collis præparetur. Pecora vero, quæ in colle ad Tabias paſcũtur, boues ſunt.
Eſtq; eius animalis lac ſpiſſum ita,vt aſinorum tenue. Ego vero,ne quod lactis genus vſui deſit,
ex vaccis craſſum,ex aſinis tenue,ex capris medium,& boues, & aſinos, & capras in paſcua de-
pulerim. Veteres vero etiam mulierem lactantem ijs,qui phthoe conſumerentur,adſtare volue-
runt. Quorum ſententię ipſe quoq; accedo,& q̃ familiare id ſit,& q̃ prius,q̃ ab ambiente refrige
retur,id ſumi voluerint. Porrò hoc tibi de lactis vſu pro maximo præcepto ſit,vt ij, quibus eo
eſt opus,omnino id aſtante animali ſtatim mulctum bibant,etiam melle iniecto,ſi cui cogi in vẽ-
triculo ſolet,q̃ ſi ipſum deſcẽdere ad aluum citius cupis, etiam ſale. Atq; ille quidem adoleſcens,
cum vlcus in arteria ex peſtilenti morbo haberet,ſanatus eſt:ac poſt eum ſimiliter alij. Alter vero
* Catarrho. adoleſcẽs annos natus circiter decem & octo, cum multis diebus ex dẽſtillatione laboraſſet, pri-
mum quidem ſanguinem floridum cum tuſſi expuit,non ſanè multum:poſtea vero etiam tunicę
ipſius partem,quæ tegens intrinſecus totam arteriam,in fauces & os per ipſum arteriæ caput (La
B rynga vocant)aſcẽdit. Videbatur aũt mihi, tum ex craſſitudine eius coniectanti,tum ęgri ſenſu,
* σῶμα. i. cor- ipſius laryngis eſſe interna tũnica. Quinetiã læſa illi ex eo vox eſt. Atq; hic quoq; longiore quidẽ
pus. tempore,ſed tñ ſanatus eſt. Cæterum, quí ex peſtilentia hoc vitio laborarũt, propterea mihi facile
ſanati vidẽtur,q̃ præſiccatum ijs præpurgatumq; totum corpus fuerit: quippe cum & vomue-
rint ex ijs non nulli,& omnibus venter profluxerit. Atq;, cum ita iam vacuati eſſent,qui euaſuri
erant,ijs puſtulæ,quas exanthemata vocant,nigræ toto corpore confertim multæ apparuerũt,vl-
ceroſæ quidẽ plurimis,oĩbus certe ſiccæ. Eratq; intuenti perſpicuum reliquias eas eſſe ſanguinis,
qui in febri putruerat: quas, veluti cinerẽ quempiam, natura ad cutim truſiſſet, ſicuti alia ex ſu-
peruacuis non nulla trudit. Verum medicamentis ad eiuſmodi exanthemata opus non fuit, cum
ſiderent ſua ſponte,ad hunc modũ:alijs quidem,quibus videlicet exulcerata ſumma pars fuit, de-
cidit ipſa vlceris cruſtula,quam Ephelcida nominãt,deincepsq;, quod reliquũ fuit,propinquum
ſanitati erat,ac poſt vnum duos've dies ad cicatricem peruenit:alijs, quibus ſcilicet vlcerata ſum-
mitas non eſt,exanthema quidẽ ipſum,& aſperum,& ſcabioſum erat,decidit vero veluti ſquãm
ma quædam:ac dehinc oẽs fuere ſani. Nihil itaq; miri, ſi etiam ij,quibus eiuſmodi exanthemata
in pulmone ſunt orta,propter vlcerum ſiccitatem ſunt ſanati. Quod nãq; in cæteris vlceribus vni
C uerſis ſupra monſtrauimus curationis eſſe propoſitũ,hoc iam ijs,quæ ex peſtilentia ſunt orta,pre
ſtò fuit. Omnia nanq; ſicca,& aſpera fuere,plurima quidem ſcabiei,quædam vero etiam lepræ ſi-
* λέπρα. i. cor- milia. Ergo, cum experiẽtia rationi atteſtetur vlcerum curationem hunc vnum habere finẽm,vt
tex. ſiccentur,poterit quiſpiam ex ijs,qui ſanguinem ex pulmone reijciunt, ſeruare permultos ita,vt
nos fecimus.

De curandis ſtatim ijs,qui ob deſtillationem,aut membrorum ſpiritus refrigerationem ſanguinem reijciunt. CAP. 13.

AC,quemadmodum quidem medendum ijs ſit,qui notabile in pulmone vas fregerunt, inde
adeo,q̃ ab alto ſint lapſi,vel immodice clamarint, vel pondus ſupra vires ſuſtulerint, vel q̃
durum mãgnumq; aliquid extrinſecus ipſorum pectori inciderit,dictum prius eſt. Quemadmo-
* Aſſ. grauecq;. dum vero,qui ex catarrho ſanguinem reijciunt,cõmodiſſime tractentur,nunc dicemus,propoſi-
ta claritatis cauſa curatione,quã Romæ in ſplendida muliere peregimus. Hæc nanq;,cum eiuſ-
modi ſermones audiſſet,quales nunc de ijs,qui ſanguinẽ ex pulmone reijciũt,habuimus, ſiue ex
catarrho id,ſiue vehemẽti tuſſi paululum q̃ddam p noctẽ expuerat, ilico ad me miſit, †{ſe, q̃cq̃d
†Ex græcis cla- exígerem,præbituram promittens.} Audiuerat vero ante id tp̃s, niſi quis ilico præſidiũ ſtrenue
rius. Promittẽs præbere ſe, q̃cquid vellem, fa ctură. ideſt, vt vetus ẽt translatio habet, oĩbus præceptis meis quantũlibet arduis ſe obſequuturã. neq;. n. de præmio hic intelligendum eſt. D afferret prius,q̃ vlcus phlegmonen contraheret,eum operã amiſſurum:atq; hanc eſſe præcipuam
eorũ,qui ſanguinẽ reijciunt,interitus cauſam. Igitur incidere mulieri venam,quæ iam quatriduũ
propter catarrhum propemodũ ſine cibo egiſſet,non placuit,ſed iuſſi,vt acri vteretur clyſteri: tũ
crura manusq; calfacienti pharmaco plurimũ fricaret,& vinciret: mox caput raderet. cui deinde
medicamen,quod ex palũbium ſtercore conſtat, impoſui. interpoſitisq; tribus horis in balneum
duxi,ac laui,nullo caput contingens pingui. dein caput idoneo pileo contexi,& pro eo, qui tum
erat, tẽporis ſtatu,nutrivi ſola ſorbitione:poſt quã ſtatim fructũ aliquẽ autumnaliũ auſterũ dedi.
Deinde, cũ dormitura eſſet,quod ex víperis cõficitur,medicamentum dedi{theriacen vocãt} cir
citer quatuor menſes ante confectum. Habet. n. id ætatis adhuc præualentem papaueris ſuccum,
qui in antiquatis ignauus redditur. ideoq; & ſomniferum eſt,& fluxiones tum ſiccat, tum leuiter
craſſat. Finito vero prorſus catarrho, liquido apparebat tum ex reſpirandi ſpecie, tum ſonitu, ſe-
mel excitaræ tuſsis pulmonẽ purgatione egere. Cæterum exhibere hanc non placuit ſecũdo ſal-
tem die,ſed in omni taciturnitate,& quiete muliere ſeruata,tum artubus eius p fricatis vinctisq;
iuſsi reliquas quoq; oẽs partes perfricari,excepto capite,quod adhuc ex medicamento incaleſce-
bat. rurſus aũt veſperi dedi theriaces ceu fabæ noſtratis magnitudinẽ. Erat vero,quod pridie ac-
ceperat,hoc longe amplius. Poſtea vero, q̃ hac quoq; nocte probe dormiuiſſet, tertio die mane

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

mel coctum copiose exhibui,ac in quiete seruaui. Procedente vero die totum corpus similiter p- E
fricui,ac ptisanę cremorem cum pane exiguo pro cibo sumere iussi. Mox quarto die mane quidē
dedi medicamentum,quod ex viperis fit,sed quod iam in ætate vigoris esset,idq; cū copioso mel-
le. Capiti vero mulieris eodem pharmaco,quod vehementer cum siccat, tum calefacit,impositio,
ac deinde ipsa lota,nutritaq; modice,valentius iam pulmonē expurgare in quinto sum aggressus.
Ac dehinc rursum, rursumq; ex interuallo ad caput quidem consueto cerato,quod thapsian reci-
pit,sum vsus. Totam vero corporis curam,in gestatione,frictione,ambitione, lauandiq; abstinen
tia,ac victu tum moderato, tum vero boni succi,ad reficiendum direxi. Hæc itaq; mulier recte se
se habuit,minime lactis opem requirens. Alteri vero adolescēti, cui nō ex destillatione, sed ex
refrigeratis spiritus instrumentis orta tussis fuerat,cum sanguinē & ipse ad dimidiā heminam re-
iecisset,statim venam incidi,ac bis eodem die ex ea sanguinē detraxi: deinde rursus postridie bis:
sed artuum frictione & vinctura priore die vsus,ad vesperam dedi pharmacū nostrum,quod dia-
spermaton dicitur. Secundo die post alteram detractionē imposui toti pectori ceratum,quod ex
thapsia cōficitur,mox vesperi,ne supra modum calfaceret,id auferēs. Tertio die rursus ad tres ho-
ras impositio,hoiem laui. Cibaui aūt similiter tribus his diebus:prioribus quidem duobus, sorbi-
tiunculis:tertio vero ptisanæ primum cremore, deinde pisce statim aliquo,qui & facilis concoctu F
esset,& simplici ratione præparatus,adiecto. Dedi quoq; medicamentū diaspermaton, & secūdo,
& tertio die similiter ad vesperam:quippe quod & somnum conciliat,& sensum doloris eleuat,et
siccandi vim habet. Tum vero,cum & spiritui delegatæ partes in naturali temperamento essent,
& totū corpus vacuatum,ac nulla phlegmones suspicio circa ruptū vas supereſſet, expurgare cœ
pimus. Mox bibito medicamēto,quod viperas habet,ętatis iam vigētis,ad Tabias dimisi. Sic ego
omnes,qui primo se die mihi curandos permiserunt,sanaui.

De curando pulmonis vlcere,quod tribus,quatuor ve diebus insedit. CAP. 14.

QVi vero post duos,aut tres,nō oēs:sed aliquibus eorū insanabile vlcus fuit. Quotquot aūt
phlegmone sic occupauit,vt iam febricitarent,horum nullus est in totum persanatus. Sed
qui postea sic per omnia præsidia rite transierunt,vt siccaretur vlcus, ij tantum saltem
lucrifecerunt,vt illud nec vltra progrederetur,nec maius fieret,sed siccatū, ac callo duratum,lon-
giore vita frui hominem sineret. Ex ijs vero,qui vlcus in pulmone habent,ij demum insanabiles
mihi esse videntur,qui ex succi vitiosi erosione id possident,quorum aliqui ceu salsilaginem spu-
tum suum sentire se aiunt:nam longo arbitror tempore oino opus esse, vt succi corrigatur vitiū.
In tempore vero necesse est duorum alterum, aut siccando vlcus, ceu callum fieri,eoq; fore oino G
insanabile:aut non siccando,tum ipsum putrescere,tum quæ circa sunt depascere,atque ita spatio
pulmones putrefacere. Porrò multi ex ijs,qui eiusmodi succum vitiosum congessissent,cum ex eo
tussirent,non tñ etiamnum sanguinē reiicerent,huius nostræ prouidentiæ cōpotes facti, prorsus
sunt persanati. Oportet aūt in principio nullius rei æque esse solicitum,q̄ vt neq; tussiat,neque ex
capite aliquid in pulmonem defluat. Cauetur id triplici præsidio, purgatione primum: secundo,
medicamine, quod diaspermaton dicitur:tertio,ipsi capiti prouidendo. Quod purget,diuersas fa
cultates habeat,oportet:cuius generis nostræ sunt pilulæ,quę ex Aloe,Scammonia,Colocynthi-
de,Agarico,Bdellio,& Gūmi Arabico cōficiuntur,ad plures videlicet excrementorū purgandas
species. Sanè satisfaciant ad vsum,& quæ sine gūmi cōponūtur. Postea vero,si res postulabit, etiā
ijs,quæ nigrā bilem expurgēt,vtare. Capiti prouidebitur cerati vsu,quod fit ex thapsia. Atq; hæc
qdē in principio peragenda sunt. Post vero reficiēdus æger salubriter est cibis boni succi, fricti-
one,inambulatiōe,& balneo. Tradeſ aūt de his methodus in idoneo operis loco. Porrò ij sunt, qui
maxime lac requirunt, neglectoq; eo, oīum maxime sunt insanabiles. Cæterum de mittendo his
sanguine sciri illud licet, Quicūq; parū habere sanguinis videbūtur, ijs ad quendā succū ꝓbiorem
(sicuti prædixi)reductis detrahere sanguinē poteris,tum rursus reficere: eosdē etiā rursus purga- H
re,ac rursus reficere: denuoq;,si res suadet,sanguinem mittere, potissimum,quibus veluti limus
vitiosus & crassus,totus est sanguis. At,qui validi sunt,multiq; sanguinis,ijs statim à principio est
detrahendus.

Quàm perperam Erasistratus,ac Thessalus sanguinis reiectionem curarint, ac de vlceribus, quæ in sede,ac pene consistunt. CAP. 15.

HOrum,quæ retuli,vel modo,vel ante,siue ea inueni ipse, siue iuxta Hippocratis viā vsurpa-
ui,nihil planè non examinatū,ac iudicio cōprobatū est,sed ꝓ experientiā oīa iudicata: in qui
bus erroris pericula ipsi ptulimus. Fructum ex eorū vsu habituri sunt, qbuscunq; artis opera sunt
curæ. Siquidē alij veri sunt,alij sophistarū sermones. Quanq; quid sophistas memoro? Cum etiā
nō contēnendorū medicorū aliqui,etiā qui integra volumina de sanguinis reiectiōe prodiderūt,
alia qdē multa,& parua recte pscripserint,maximorū autē auxiliorum nullius meminerint, parū
intelligētes p multa illa & parua,quæ recte admonent,longū ipsis ægrotis cōparandum interitū.
Per hæc aūt tria,q planè deplorati non sunt,oēs seruant:per sanguinis missionē,& purgationē, &
ea,quæ caput roborāt. Sanè in sequētibus,cū de succorum curatione pcipiemus, dicemus de san-
guinis missione diligētius. Minime igitur(sicuti medicorum nō nulli censent)à paruis incipiēdū
auxilijs est.

A auxilijs est. Nec, sicut illi dicūt, sentiendum, ista scilicet prius esse tentanda: mox,si nihil profece-
rint,aggredienda maiora. nam in morbis,in quibus periculum non impendet,vera ea opinio est.
at,vbi moriendū ægro prorsus est,si phthoe semel exceptus sit,alieniſſimum à ratione est à mino-
ribus inchoasse. Nam,sicuti reliqua omnia ab Hippocrate tradita,ita illa quoq; sententia recte est
dicta,Nempe ad vltimos morbos vltima prorsus remedia maxime valere. Quanam igitur induc-
tus opinione Erasistratus in talium affectuum principio segnis tardusq; est, post diligens cum
perijt occasio? Nam sanguinis missione,cum sanguis reijcitur,nusquā prorsus vtitur,vitiosissima
ratione inductus. sed nec purgat quenq;,nec caput siccat. Quibus nimirum siquis phthoe occu-
pari periclitātes fraudet,quāuis reliqua oīa probe peragat, nihilo plus, arbitror, agat. Nam san-
guinem mittere recusat,ac solis artuum deuinctionibus ad eum auocandū vtitur,quò(vt ipsemet
ait)ad phlegmones tempora sat nobis sanguinis supersit,nec propter inopiam eius ægrum nutri-
re cogamur. Sed heus tu Erasistrate,dicat arbitror aliquis, si post venam ruptam phlegmone iam
pulmonem occuparit,non est,quod speres hominem sanandū propter ipsas, quas paulo ante cō-
prehendi,rōnes. Quare amplius opera tua nō egebit,proditus videlicet per te inter initia. Quip-
pe idem facis,quod gubernator,qui, vbi per eius incuriā euersa nauis est,vectorū cuipiam asserē
B in manū dat,indeq; salutē cōparare suadet. Sed Erasistratus fortasse existimabat phlegmonē esse
ex ijs,quæ necessario vulnus comitētur. Verum,si ita sentiebat,in magna planè erat ignorantia.
cum videre cuiq; liceat sexcentis eorum,qui quotidie singulari certamine decertant, maxima ci-
tra phlegmonen glutinata vulnera sic, vt secundo vel quarto die sint omnino in tuto. Nos vero
etiā plurimos ex ijs,q vas in pulmone ex casu,clamore,plaga ve rupissent,prius, quàm phlegmo-
ne in vase rupto excitaretur,curauimus. Quòd si horum quoq; pulmones phlegmonē inuasisse
asserit,ipse suis ipsius placitis repugnat,simul princeps viscus, quod maxime vicinum cordi sit,
phlegmone laborare affirmās,simul hominē febri carere, itemq; rupta phlegmone nihil expuis-
se. Ergo à nobis quoq; inuicem audiat nec fieri posse, vt glutinetur vlcus, si phlegmone pulmo-
nem inuaserit,omninoq;,si inuaserit,febricitaturum, ac purulēta deinde,cum phlegmone soluī-
tur,tussi exputurū. Ergo,si quis nec febricitabit,nec tussiet,nec saniē aliquā ex vlcere et phlegmo
ne spuet,quę ratio est,vt huius inesse pulmoni phlegmonē dicas? Itaq; tū hoc maximū certe præ-
sidium non recte ab eo damnatū est,tum purgatio sine vlla mētione ꝑtermittitur. Ac nec vllum
pharmacon,quod efficax sit,contra vllum ex comprehensis generibus ab eo est positum. Quin,
siue caput fluxionem mittat,eo statu seruabitur: siue ex intemperie ipsorum spiritualium tussis
C incidat,etiā ipsa sic manebit. Ergo Erasistratus statuario illi assimilis videtur,qui reliquis oībus
partibus scite perfectis,statuā reliquit cæcam. Nam quæ,quæso,reliquæ pulchritudinis gratia, cū
oculos desideres? Postea,si dijs placet,cum tanti viri maxime aberrent,egregius vir Thessalus, q
artem ne nouit quidem,Methodicum se censet appellandum. Ac nunc fermè oēs sectatores eius
sanguinē mittere videmus,tum alijs ægrorum non paucis,qbus non solum non vtile,sed etiā no-
xium existimare id præsidij oportebat,præsertim si propriis ipsis hypothesibus starent:tum vero
ijs,qui sanguinē,siue hunc ꝑ vomitum,siue etiā cum tussi,reijciunt,modo valentes vires habeāt.
Sed quomodo cohærebunt hæc secum,vt venā,vbi sanguis reijcitur,incidere iubeant,& in com-
mentarijs suis scribant remedium id adstrictis vitijs conuenire? Ergo ne se Methodicos amplius
nominent,sed Empiricos,si reiecta ratione,quā esse rectam putabant,experientia vtuntur ad in-
uenienda præsidia. An igitur in ijs quidē clare deprehendūtur nec methodo, nec oīno ratione ali
qua quicq̄ facere,vbi vero partes inutiles esse ad curationis inuentionē aiunt,non multo magis?
Atqui,siquis ad memoriam reuocet ea,quę de auribus,naribus,oculis,ore,pectore,pulmone, ꝑ-
terea vtero,vesica,& vētriculo,diximus,errare eos tota via videbit. Talis igitur erat, q ad phleg-
monē,quę in pudēdo erat,macedonico medicamento est vsus,ac cū eo etiam cataplasmate, quod
D relaxandi vim habebat,nēpe solēni hoc,quod ex pane,aqua,& oleo cōficitur. Etiā alius,quidā illi
ꝑsimilis,qui ad sedē exulceratā ijsdē est vsus. Verum de talibus, vbi de phlegmonis disputabitur,
agemus. Cæterum vlcera,quæ citra phlegmonē in pene sede ve consistunt,nullū cataplasma desi
derant,sed medicamen,quod cicatricē inducat,non tñ, me hercle eius naturæ, quę vlcera,quę in
carne sunt,inducere cicatrice possit,immo quæ tanto magis siccare possit,quanto hæ partes sunt
carne sicciores. Quinetiam,quod magis admirere,ipsorū,quę in pene sunt,vlcerum magis etiam
siccari postulant,& quæ in toto cole hæserunt,& quæ extra hunc etiā finē eius,qui glans dicit, in-
festant:minus vero,quæ in præputio sunt:atq; etiā his minus,quæcunq; in reliqua sunt cute, quę
totū colem vestit. Cum igitur humidū in glande vlcus qdā ex amethodis istis medicis, istis inquā
Thessalijs,sanare aliqn̄ non posset medicamētis ijs,quæ epulotica vocātur,id est,quæ cicatricē in-
ducunt,adhibuit in cōsilium me. Vbi igitur ex me audiuit longe sicciore medicamēto particulā
egere propterea, ꝙ siccioris naturæ esset,primum non credidit:vt vero coactus necessitate est ali-
quo ex nostris medicamētis vti,tribus diebus sanatum vlcus est. perspicuumq; erat medicum nō
tam fuisse de salute hominis lætatum,q̄ inde adeo tristatum,ꝙ in mala disciplinæ secta fuisset edu
catus. Siquidem medicamen,quod ex pāpyracea charta cōbusta fit,hoc scilicet nobis vsitatum,id
genus vlcerum sanat:sicuti etiam anethum vstum simili modo insperſum:itemq; cucurbita sicca

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

atq; vsta ad eundem modum: alia præterea multa ex ijs, quæ vehementer, sicut illa, siccant. Si qua vero eiusmodi vlcerum sine madore sunt, ac recentia, ijs sola aloe salutare medicamen est. Inspergitur autem sicca, sed in tenuissimum ceu pollinē redacta. Hęc vero etiam, quę in sede consistunt, sicca vlcera probe curat. Simillimā huic vim habet & cadmia vino elota, & sicca. Ab hac quoq; non longe abest argenti spuma, Lithargyros græce dicta. Deinceps vero molybdæna sequitur. Omnibus vero tum minus inferens doloris, tum nullo minus efficax pompholyx est. Sin humidiora sunt, ipse per se pini cortex, itemq; lapis hæmatites vocatus idoneus est. Quòd si profunditas quæpiam ipsis adsit, vbi excitata fuerint, dictorum alicui tantulum mannæ admiscendum est, quantū sit ad carnē gignendā satis. Neq; igitur horum quicq; vel per somnium norunt, qui istius sunt alienæ à methodo sectæ, cū omne vlcus, in quacunque animantis sit parte, eandem postulare curationē opinentur: neq; etiam, quemadmodū suere quædā vlcera oporteat, veluti ea, quę in abdomine contingunt: de quibus in sequenti libro cum ijs, quæ restant, vniuersis agetur.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Neruorum, tendinum, ligamentorum, partiumq;, quæ illorum natura participant, ossium quoque curationem absoluit.

Prolixitatis librorum excusatio, ac quæ hactenus monstrata sunt. CAP. 1.



On dubito fore non nullos, quibus esse prolixus videbor, qui vnum hactenus morborum genus, quemadmodum methodo curet, exponam. Par est autē, nō tam nihil longitudinē hanc imputēt, q̄ ijs, qui parū intelligētes, quæ rectissime ab Hippocrate sint scripta, ea calumniari sunt conati: quos, ne quemadmodum vlcus quidē recte curēt, scire ostēdi, nedum, quod maius sit, quicq̄. Atq; ipsum quidem morbi genus, cuius vna species vlcus est, seu continuitatis, seu vnionis solutionem voces, nihil referat. Illud monstratum est, methodū curandi eius, in quocunq; corporis mēbro sit, quę quidē ab affectu ipso sumanē, indicationes seruare communes: quę vero ex partibus p̄beantur, alias atq; alias habere. Cum.n. in carnosis particulis inciderit, nominatur quidē vlcus: habet vero curationis indicātionē oium quidē, quę p̄ter naturā sunt, communem, sui scilicet ademptionē: quā vero, ceu affectus, præstat, vt per cōtraria tollat: quam, vt diuisio est, vnitionē. Quippe generatio huius vitij in diuisione vnitatis cōsistit. Ideoq; in osse vocatur fractura, græce Catagma: in neruosis fibris Spasma: in musculis vlcus & ruptio: quorum differentia prius iam dicta est. Idem tm̄ morbus, cum in neruū & arteriam & venā inciderit, nullā propriam appellationē est sortitus, mutuatur aūt interdum vlceris, interdum vulneris vel ruptionis appellationē. Cæterū parum esse de noibus solicitum debere eum, cui rerū scientiam inuenire sit ppositum, sæpe iam diximus. Itaq; huc potius noibus neglectis, pperemus: qn̄ non ex horū exquisita impositione, sed ex appositis remedijs ægro salus paritur. Rursus igit̄ reuocandū ad memoriam est, quēadmodum audacissimus Thessalus, cū nullā curandi vlceris methodū tradiderit, oēs tm̄ dixisse se arbitratur. Siquidē, q̄ sinuosum vlcus postulet impleri, & simplex glutinari, hæc nec idiotis sunt ignota. Quēadmodū tm̄ methodo quis pharmaca inueniat, q̄bus vel impleatur, quod sinuosum est: vel glutinet, quod simplex est, hæc vulgus nō nouit. at id est, quod medicis considerandum proponitur, atq; in eo alius alio est p̄stantior. Quippe, veluti in p̄cedētibus ostēdimus, & inueniet remedia, & inuentis recte vtetur, quisquis in medendi methodo est exercitatus.

Aduersus Thessalum de nerui punctura, ac de medicamentis, quibus curatur. CAP. 2.

VT enim iam aliquid psequamur, quod præcedentibus sit deinceps, fingamus quempiam ad nos venire, cui tm̄ cutis acu sit puncta. Hunc hoiem, si is sit, cui facile vlcera sanescant, etiam si citra medicamentum nudoq; mēbro ad opera consueta dimittas, nihil sentiet mali: sin, cui difficulter sanentur, primū quidē dolebit, post etiam tum pulsu particula infestabitur, tū phlegmone. Ac Empiricus quidē examinando p̄contandoq; hois naturam discet: Nos vero, tum ex eiusmodi examinatione oibus his vsi, quæ per experientiā inueniantur: tum nihilominus ex ijs notis, quas de boni succi maliq; naturis habemus: præterea de ijs, qui acris hebetisq; sunt sensus: tum plenitudine grauatis, modiceq; se in succis hābētibus: non ignari, q̄, qui vel plethoricus est, vel vitiosis succis premitur, vel acris est sensus, vel horum quibusdam oibus've premitur, phlegmone tentabitur: qui contra est affectus, nihil mali sentiet. atq; hæc prospicientes, non equidem medicamen, quod glutinet, imponemus, cuiusmodi plurima sunt eorum, quæ Enæma vocant, (ea sunt, quæ recentibus

A recentibus statim applicantur vulneribus) immo molle & blandum, & quod dolorem mitiget. si quidem, vbi magna diuisio est, ibi studium impēdi debebit, vt magis siccantibus remedijs labra vlceris vniātur, atq; coalescant: vbi aūt acu stilo've facta diuisio est, id duntaxat curandum est, ne phlegmone particula tētetur. Atq; ex hoc manifestum est cruentorū vlcerum indicātionem, quæ à Thessalo est prodita, nihil nos maius adhuc docere, quàm sit cuilibet e plebe notum. Non enim scire, qd fieri oporteat, id magna res est, vt quod omnibus hominibus natura insit: sed, quibus rationibus illud efficias, id vero scire artificum est. Nam, si nauem quispiam sit ædificaturus, scimus profectò omnes, etiā qui nauium fabri non sumus, quo loco poni gubernacula debeant, quo loco puppis, quo prora, ac reliquorum quiduis: cæterum nihil nobis hæc ad rem conferunt, vtpote nescientibus, quemadmodum ipsa struātur. Æque, & qui ædes molitur, vtiq; non ignorat, nec q̄ iacienda primum parietum fundamenta sint, nec q̄ super his erecti minimeq; inclinantes erigendi sint parietes, nec q̄ super his strui tectū oporteat, nec q̄ ostia, & fenestræ, singuleq; reliquarum domus partium proprijs collocandæ sint locis: verum hæc ad domum ædificandam quid conferant, quoad ipse fabrilis artis ignarus ea fabricare nesciat? Vni igitur Thessalo omnium hominum sapientissimo, nosse, quid fieri oporteat, ad artificiosam notitiam satis esse videtur. Sed nos per su-

B perius comprehensa monstrauimus id esse operum, quæ ex artibus expectentur, veluti principiū quoddam, nondum aliquam eorum propriam partem, sed quæ etiā sit cuiuis è plebe communis. Quippe primæ in omni arte indicationes omnibus hominibus natura sunt præstò. Quare, si hę satis sunt ad opifices faciendos, nihil vetat, quin & naues ipsi ædificemus, & materiam fabricemus, promptumq; sit omnibus tum calceos facere, tum vestes, tum domos, sed & architectos esse, & cithara personare, & rethoricari. Verum nō ita se res habet: nec, qui vulneratæ parti naturalem vnitionem esse moliendam nouit, is medicus est, sed qui, quibus id rebus perficiat, intelligit. quanq̄ ne hoc quidem ipsum per se satis est, si quis etiā, quò pacto his sit vtendum, nesciat: sed, qui viam omnem curationis eouscq; percalluit, vt ipsum consequi destinatum finem queat, is demum est, q̄ mederi nouit. Ergo istis amethodis Thessali æmulis illud accidit, vt, cum maiora viribus audeāt, nec ad ea, q̄ consequi alioqui possent, accedāt. Quippe, cū dudū stilo quidam vulneratus in manu esset ita, vt tota diuisa cute aliquid neruorū, qui superāt, pungeretur, sapiens scilicet Thessalius in principio emplastrū quoddā imposuit, quo sæpe in maximis vulneribus vsus prospere fuerat. Putabat.n. (arbitror) omne vulnus eandē curationē requirere. Phlegmone vero oborta, ad cataplasma, quod ex farina tritici cōponitur se conferens, atq; interim hominem putrefaciens, intra septi-

C mū diem iugulauit. Nec sanè comprehendere numero est, quot, vbi in Pęonias istorum manus incidere, conuulsione perierint: quò, si dijs placet, sanctio illa Thessalia seruetur, Omne cruentum vlcus similiter esse curandum, idq; partibus ijs, quæ laborent, nullam indicationem conferētibus. Cæterum vera ipsa methodus non perinde, atq; hęc Thessali, est amethodos, immo pōt vel nunc ēt post tot tāntosq; medicos non solum meliora medicamenta, quàm prius fuere, sed etiā vniuersum curationis modum inuenire. Nemo enim statim ab initio ijs vsus, q̄ nos inuenimus, ex nerui vulnere in conuulsionem incidit. Aduerti nanq;, vbi punctus neruus esset, ei ex sentiēdi, quod obtinet, acumine necesse esse tum dolorem incidere, quàm reliquis partibus, maiorem, tum ex necessitate phlegmonen consequi: nisi quis & medelam dolori inueniret, & phlegmones generationem prohiberet. Rationabile igitur mihi est visum cutis quidem vulnus apertum inglutinatū q; custodire, quò per id ex neruo vulnerato sanies efflueret: totum vero corpus superuacuis humoribus liberare: ac, nequis dolor vulneratam partem vrgeret, in primis solicitudinem habere. Itaq; etiam medicamenta excogitaui non pauca, quæ vulneri impolita ad vtrunq; mire sunt comparata, tum vt dolorem mitigent, tum vt exitum saniei patefaciant. Tutius vero fuerit etiā, siquis cutem latius incidat, ac totum corpus sanguinis missione inaniat, vtiq; si fortis sit virtus. Si vero vi-

D tiosis succis repletum corpus sit, protinus purget. Aqua vero calida, quanquam reliquas phlegmonas valde mitigat, vulneratis tamen neruis est inimicissima: cum præsertim eorum substantia ex refrigerata concretaq; humidiore materia sit condita. Omnis enim eiusmodi constitutio per ea, quę simul calefaciunt & humectant, resoluit ac putrescit. Itaq; ab aqua calida eos, qui ita vulnerati fuerant, omnino prohibui, vtilius iudicans oleo calente fouere propterea, quòd demonstratū à me est, hoc quoq;, si frigidum applicetur, tenues meatus obstruere: sin calidum, digerere. Porrò fugi ex huius quoq; generibus & crudum, quod Omotribes græce dicit̄, & quod deniq; adstringendi vim haberet. Delegi aūt tenuissimū, cuius generis Sabinum est: quod etiam vtilius fuerit, si bimū trimum've sit. Quippe id, quàm recēs, magis per halitum digerit, quoq; magis est antiquū, hoc semper magis digerere est potens: verū dolorē minus sedat. In pharmacis aūt huc omne consiliū direxi, vt esset eorum facultas tum tenuis, tum modice excalfaciens, & quæ siccare citra dolorem posset. cum sola hæc trahere ex profundo saniem neq; contracta neq; demorsa particula possit. Vsus sum aūt primū terebinthina resina, tum per se, tum ēt paulum euphorbij admiscēs: Et p se quidem in pueris, & mulieribus, & generaliter ijs, qui molli essent carne: Cum euphorbio vero in ijs, qui dura. Non secus aūt & propoli, non per se modo, verūetiam cū euphorbio ipsam molliens: quòd si durior esset, cū tenui quopiā oleo. Quin & sagapeno in duris corporibus sum vsus, vtiq;

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

vtique cũ oleo & terebinthina id miſcens: ſed & opopanace ad eundem modum, quo & ſagapeno. Mihi vero & lachryma cyrenaica non inutilis fore videtur, ſiquis emplaſtrũ ex ea faciat, cuiuſmodi eſt, quod nos ex euphorbio cõpoſuimus. verũ nondum id experientia, quẽadmodum reliqua omnia, comprobauimus. Quippe præcedere oportet eam, quæ à vera methodo proficiſcitur, remediorum inuentionẽ, huic vero experientiam ad certiorem ẽt fidem ſubſcribere. Siquidẽ ex tali methodo ẽt ſulfur, quod ignẽ expertum non ſit, quodq; lapidoſum nõ ſit, ſed omnino tenuiũ partiũ, ei, cui neruus vulneratus eſſet, conducturũ ſperauimus, tantum eius tenui oleo miſcentes, dum, quod ex vtriſq; miſtum erat, ſordium haberet craſſitudinem. In valentioribus vero durioribusq; corporibus, ẽt ſi ad mellis ſpiſſitudinem redigas, ſic quoq; iuueris: nam id quoq; comprobatum experientia eſt. Quinetiam lotam calcem ſimiliter oleo admiſtam his applicandam excogitauimus: quæ ẽt, ſi mari lauetur, magis proficiet. Lauatur optime per æſtatem in æſtu caniculæ. Quòd ſi bis ter ve eam laueris, vtilius medicamen efficies. Quo pacto aũt talia præparanda ſint, ex cõmentariis, quos de medicamentorum cõpoſitione edidimus, intelliges. Nunc mihi tantum dixiſſe ſufficit me tum hæc, tum alia multa medicamenta aduerſus neruorum vulnera inueniſſe, cum nec ſub aliquo magiſtro ea vſurpata viderim, nec in veterũ alicuius aut medendi libris, aut quos De facultatibus †inſcribũt, prodita: ſed ex ipſa rerũ natura indicationes ſumpſerim. Id quod proprium eſſe medici methodo vtentis exiſtimo. Mirificus autem Theſſalus, cum ne vnum quidem medicamentum inuenerit, iam pridem materiam eorum notam eſſe affirmat. Atqui multorum medicamentorum, quæ nos excogitauimus, non modo Theſſalo, & qui ante eũ medici fuerunt, materia nota non eſt, ſed nec iis, qui poſt eum in hũc vſq; diem fuerunt. Siquidem ipſe, cum accerſitus aliquando eſſem ad quendam, qui à Theſſalis iſtis amethodis medicis putris fuerat factus, ac cernerem eũ cataplaſma, quod ex triticea farina fit, impoſiturum, vbi nullum ad præſens mihi medicamentũ erat, popoſci ex figulo quodam, quẽ viderã, ægri vicino aquã lixinã: tum coquens in ea farinam hordeaceam, non aũt ſicut illi in oleo & aqua triticeam, impoſui. Poſtea vero farinam erui ſimili modo coctam, iam phlegmone inflammato & putri ex bella horum curatione neruo imponens, vindicaui ab ea putrefactione hominem. Verum de iis, quæ cum phlegmone putreſcunt, alia diſceptatio ſequetur, eaq; diffuſa in opportuno operis loco. De neruis vero vulneratis ſatisfaciant, quæ dicta iam ſunt. Et ſanè ex iis, quæ ipſi inuenimus, plurimi vno illo empla ſtro vtuntur, quod ex euphorbio, & cera, & fricta reſina eſt compoſitum. Cui, neſcio quomodo, aliqui ſinopidis aliquid poſtea miſcuerunt, aliqui ochræ, quò videlicet fucatum, vnde componaſ, lateret, ægre ferentes, ſi meum id eſſe videretur. Verũ non eſt à principio ſic à me cõpoſitum. Miſcuerint fortaſſis ei non nulli & è ſalis flore aliquid, aut aliud quippiã tale, quod colorem eius immutet, nec vim eius minuat. Poteſt quis per ignorantiã etiam tale aliquid immiſcere, quod facultatem eius immutet. Verum nos illud ex cera, reſina terebinthina, pice, & euphorbio compoſuimus, immiſcentes ex cera partem vnam, ex terebinthina, & pice, vtriuſque partis vnius dimidiũ, ſic, vt quod ex vtriſq; conflaretur, cerę par eſſet. licet autem interim, & plus ſit, quod ex ambobus conſit, quàm cera. licet rurſus & alterum eorum tantum ceræ admiſcere. Quinetiam in penuria terebinthinæ tum humidam pineam, tum etiam fictam commode admiſceas: non minus etiam his & abietinam immittas. Strobilina vero duris tãtum corporibus idonea eſt: ad mollia vero immiſcenda nõ eſt. Si itaq; humidã reſinam immiſcebis, tunſum cribratumq; euphorbium reliquis immittes liquatis (eſto vero pondus eius, ceræ pars duodecima: etiam plus aliquando, vbi ſcilicet valentius efficere eſt in animo) Sin ſiccam, ſicuti quæ fricta eſt, vtiq; olei puſillum deſiderabit euphorbium. Quare ego tum id cum oleo contundens, ac ad ſordium ſpiſſitudinem redigens, mox reliquis poſt liquationem refrigeratis tẽrens miſceo. Sæpe etiam tantulum aquæ immiſcui medicamento conficiendo, quantum in miſtis ipſis liquandis tum abſumi, tum euaneſcere prorſus potuit. Verum omnia huius generis ad tractationem de medicamentorũ cõpoſitiõe magis attinẽt. Nunc ſuffecerit, ſicuti antea fecimus, indicato, quale eſſe debeat medicamenti genus, pauca particulatim exẽpli cauſa apponere. Vberem nãq; omniũ materiã in opere de ſimplicibus medicamẽtis inuenies. Præparare aũt debebis, vt in opere de eorũ cõpoſitione eſt traditũ. Nunc igitur ſatis eſt hoc tm̃ dixiſſe, atq; ad alia tranſire. Vulnerati nerui curatio medicamenta poſtulat, quæ & tepidũ calorẽ excitent, & valenter ſiccent: tum quæ ex ſubſtantiæ ſuæ natura & trahendi vim habeant, & tenuiũ ſint partium. Sanè nõ ad medicamentorũ modo victuſq; inuentionẽ ipſa medẽdi methodus proficit, ſed ẽt ad ipſum inuentorũ vſum. Nam veluti in ſuperioribus oſtendimus, quiſquis citra methodũ, quæ vlceri apta medicamenta ſunt, molitur, eum ne minimo quidẽ eorũ probe vti poſſe, ita et nunc oſtendere licet. Siquidẽ intellexiſſe, quantopere affectum vel ſiccarit, vel calefecerit, vel mitigarit, vel laceſſerit medicamenti applicatio, is demum potis eſt, qui methodo quadã curat. Idem vero ipſe ſolus ẽt intendere ea, quibus inter initia eſt vſus, vel remittere nouit. Cũ nanq;, quod διὰ εὐφορβίου propterea, quòd euphorbium accipit, vocãt, quidam vulnerato neruo ſtatim impoſuiſſet, idq; ſubinde prius proſpere fuerat expertus, tertio die indicauit mihi vulneratam partem tum dolentem, tum phlegmone tentatam, miratus medicamen nihil contuliſſe. Percontatus igitur laborantem ſum, num primo die, cum impoſitum medicamentũ eſſet, calorem

* Αὐτ. φάρμακον ἐπίπασσον

† Addunt codi. græci ἐξ ἰδίας σοφίας. i. ppria ſapientia.

* ξύσας.

A lorem quempiam veluti ex Sole ſuauem ſenſiſſet. is ſe quicquam eiuſmodi ſenſiſſe negauit. Rurſus itaq; percontabar et medicum, quanto iam tempore præparatũ apud ſe medicamentũ habuiſſet, ac quos eo ſanaſſet. Ille plus anno apud ſe habuiſſe: ſanatos vero à ſe aiebat pueros duos, & adoleſcentẽ vnũ. Cum aũt & de corporis habitu adoleſcentis rogaſſem, albũ eum, molliq; corpore fuiſſe affirmabat. His ergo auditis cũ intelligerẽ, vt ad propoſiti adoleſcentis temperiẽ, euphorbiũ deeſſe, poſtulãs tum ipſum emplaſticũ medicamentũ, tum etiã euphorbium, ſumẽsq; ex his, quantũ ad ea inter ſe miſcenda ſatis putaui, iuſſi manibus medicamẽtũ ſubigere, ac euphorbium diligenter contundere. poſtea, q̃ hæc facta ſunt, miſcere ea ſimul iuſſi. Ipſe vero oleum Sabinum vtiq; ſubantiquũ modice calefaciens, foui vulneratã partẽ. Refectoq; leuiter punctũræ, quod cõniuebat, foramine impoſui medicamen: iniunxiq; homini inediam. Medico vero præcepi, vt veſperi rurſus eum ſolueret, ac ſimili modo, quo me viderat, oleo vteretur. Atq; his peractis apparuit poſtridie pars ęgra & ſine dolore, & ſine phlegmone. intellexerũtq;, qui huic operi aderant, omnes veriſſimum eſſe (quod nos ſæpe vſurpamus) nõ eſſe adeo magnum, quod medicamẽ præſtare poſſit, niſi nactum ſit, qui eo dextre vtatur. Eſt autem dexter vſus, qui tali planè methodo, qualem ipſi iam ſæpe in commentariis, qui ante hunc ſunt, oſtendimus, procedit, omnium medi-
B camentorum vſu ad calidũ, frigidũ, humidum, & ſiccum, veluti ad normas, relato. Quam nimirũ methodũ non ſolũ amethodi Theſſali ſectatores probe tractare non valent, ſed nec Eraſiſtratus, nec alius medicorum quiſquam, qui corporum elementa aut prorſus non inueſtigarunt, aut alia, quàm quæ comprehenſa à nobis ſunt, poſuerunt. Sed de his hactenus.

De curandis neruis per longitudinem, vel tranſuerſum vulneratis, ac contuſis. CAP. 3.

SI autem non punctus, ſed planè cæſim vulneratus neruus ſit, conſiderãdum eſt, quò pacto facta vulneratio ſit, vtrum'ne per tranſuerſum, neruum, an per longitudinẽ eius: tum vero quãtum interuenientis diuiſum ſit cutis. Proponatur igitur primum, multum eſſe cutis adapertum adeo, vt neruus nudus appareat, iſq; per directum non per tranſuerſum diuiſus. Huic neruo nullum iam memoratorum medicamentorum, quæ ex euphorbio ac ſimiliter acribus, emplaſtri ſpecie fiunt, applicabis. nudatus nanq; non feret eorum vim ita, vt, cum interpoſita cutis erat, tulit. Optime igitur eo caſu calce elota in multo oleo ſoluta vtere. Salutare vero eſt, & quod ex pompholyge medicamentum ſit, ſi in largo roſaceo ſit liquatum: quod vtiq; melius fuerit, ſi tum roſaceum ipſum, tum oleum ſalis ſit expers. Siquidem nudato neruo, omnis curationis conſiliũ huc tibi dirigendum eſt, vt minima cum mordicatione ſicces. Poſſunt vero id præſtare planè pauciſſi-
C ma medicamenta. Eſto igitur hoc caſu calx ſalubri aqua eſtatis tempore ſæpe elota. Eſto præterea (vt dictum eſt) & põpholyx elotus, ita videlicet, vt elotus habetur in eo compoſito medicamẽto, quo publice vtimur, quodq; alia elota in ſe non pauca continet. Quippe, quæ ex metallis conſtant, ea elota eſſe omnia oportet, ſi modo citra morſum vllum ſint ſiccatura. Salubre vero medicamentũ eſt, & quod ex melle ſub emplaſtri ſpecie cõponitur, vtiq; cũ ex optimo fit melle. Solui vero & id roſaceo oportet, quod tum reliquis conditionibus ſit optimum, tum ſalis omnino expers. Quinetiam ceram, quæ eiuſmodi medicamentis ſit miſcenda, elotã eſſe conuenit. Æque, & ſiquid terebinthinæ reſinę inijcies, hęc quoq; elota ſit, oportet: atq; hac magis, ſi alterius cuiuſquã reſinæ quid immittes. Quippe medicamentis omnibus, quæ laueris, acris mordensq; ſanies eluitur, atq; abſtergitur. Si vero robuſtus ſit, qui vulnus accepit, & cui corpus ſit à ſuperuacuis humoribus mundum, in hoc fas eſt etiam valentioribus remedijs non nullis vti: veluti ipſe aliquando, cum id genus vulneris in carpo accepiſſet iuuenis quidam philoſophiæ ſtudioſus, alioqui corpore bene habito, & tum in æſtiuo Sole peruſto, ex Polyidæ paſtillis ſapa ſolutis, poſtea ſuper calida aqua tepefactis linamenta imbuta impoſui. Nam id quoq; vel in primis ſemper habendum curæ eſt, nequid ex iis, quæ vulnus contingent, frigidum ſit. quandoquidem ipſa laborans pars & ſen-
D ſilis maxime eſt, & principum partium primati continua, & temperamento ſuo frigida: quorum omnium occaſione & ex facili à frigido offenditur, & ſuã offenſam impertit cerebro. Quòd ſi ex iis fuerit, quæ in muſculos perueniant, etiam conuulſionem facile accerſit. Siquidem monſtratũ eſt muſculos voluntarij motus inſtrumenta eſſe. Idem fore & in tendonibus expectabis, iiſdem de cauſis. Cæterum cum memoratum remedium tum vulneri ipſi iuuenis impoſuiſſem, tum vero partium, quæ ſupra erant, non parum eodem complexus fuiſſem, quæ circa axillas, collum, caputq; eius erant, omnia calente oleo aſſidue madefeci. Detraxi vero illi & primo ſtatim die ſanguinem ſcarificata vena. In quarto igitur hic quoq; iuuenis recte habuit adeo, vt & rugoſum, & paruum, & contractum vlcus iam cerneretur. Verũtamen conſultius viſum eſt vſq; ad ſeptimũ nihil nouare. poſt quem diem planè redditus eſt ſanus. Sanè oleo perfundere tale vlcus non oportet, præſertim cum, vt nunc comprehenſum eſt, curatur. Nam oleum paſtilli huius viribus eſt aduerſum, ac ſordidum vlcus reddit. Neque enim parum intereſt, nudo'ne neruo oleum, an per interpoſitam cutem admoueas. Abluenda igitur à vulnere ſanies eſt molli lana ſpecillo circumuoluta. Madefacere vero lanam ſi placet, ne ſcilicet ſicco vlcus attingas, ſireum, id eſt ſapa, ſuffecerit, quam & hepſema vulgo apud nos in Aſia vocant. In hac igitur lanam intingẽs, mox exprimens, vlcus detergebis. Eſto vero hæc quoque ipſa tepida primis maxime diebus. Quòd ſi omnia ex

ſententia

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

sententia succesſerint, etiam vino dulci madefacere citra periculum licebit. verum dulce id omni E
mordente qualitate careat, cuiuſmodi tum thereum eſt, tum ſcybelites, atque ab his, quod caryinũ
vocant. Quęcunq; vero & dulcia pariter & fulua ſunt, veluti falernum, inutilia ſunt. quippe acria
ſunt omnia talia, ac ſupra modum calida. Vlcere vero iam ad cicatricem veniente, quę alba plane
ſunt & tenuia, nec multam aquã tolerant, nec odora ſunt, ea dulcibus præſtant. Aquæ vero vſum
ad neruum vulneratum ſemper fugies, ſicuti etiam relaxãs cataplaſma. Ad iam dicti vero paſtilli
vſum prope etiam accedit & medicamenti vſus, quod Diachalciteos vocamus, quo publice vti-
mur. Liquari vero etiam hoc debebit æſtate roſaceo, hyeme ſabino oleo. Deſcriptum autem eſt
medicamentum hoc à nobis in primo de medicamentorum compoſitione. Polyidæ vero paſtil-
lus, vel trochiſcus, vel quomodocunque appellaſſe libet, omnibus fermè notus eſt. Cuius ſi copia
non eſt, Andronis, vel Paſionis pro eo eſt ſumendus, vel noſter, qui etiam omnibus illis eſt valen
tior. Sanè iam dictum eſt robuſtis corporibus valentiora medicamenta, imbecillis mitiora eſſe
adhibenda. Iſta & vera methodus inuenit, & experientia confirmat. Theſſalus vero cum ſuis vnà
ſophiſtis in alto throno reſidens ἐν κριομύξοις ἀνδράσιν. i. apud pecuinos & brutos homines (vt Cer
cidas ait) in pretio erit, dum ſuis rationibus confirmat omnis vlceris recentis eandem eſſe curatio
nem, neq; hanc, vllam ex partium natura indicationem ſumere. Vnus tñ magni in eius ſapientia F
nominis, admirandam vulneratorum neruorum curationem excogitauit. nam protinus eos to-
tos præcidit ne admonito quidem, qui vulneratus fuerat: quanquam in hoc quoq; à ſecta ſua de-
ſciuit. Siquidem par erat vel & muſculos vulneratos, & arterias, & venas, & aliud quiduis totum
præcideret: vel nec neruũ. Aliog ſic, quod fugiunt, id facere deprehendũtur, vt diuerſam p̃ diſcri-
mine partiũ indicationẽ accipiant. Verũ hos iã mittamus, ac de tranſuerſo nerui vulnere aga-
mus, in quo maior cõuulſionis metus impendet, phlegmone. ſ. à deſectis fibris ad non ſectas cõi-
cata, cæterũ cõuulſione ab ipſis nõ ſectis excitata. Ac, quæ ad vlceris curationẽ attinẽt, his quoq;
ſunt eadẽ. Cæterũ detrahere largius ſanguinẽ, ac tenui magis, q̃ in illis, vti victu, tũ in quiete oino
ac lectulo molli hoiem continere oportet: tũ oleo calenti vbertim in axillis, collo, tẽdonibus, liga-
mẽtis, & capite vti. Quòd ſi vulneratus neruus ex ijs ſit, q̃ in crure habẽtur, ſicuti, cũ i manu erat,
alæ, ita in his bubones largo oleo imbuẽdi: tũ per totã ſpinã ad collũ, & caput aſcendẽdũ. Contuſi
vero nerui, ubi cum his vnà cutis quoq; contuſa exulceratáq; eſt, medicamẽta poſtulãt, q̃ in ſiccã-
do quidẽ cõe nerui vlcera ſanantiũ conſiliũ ſeruent, cæterum quæ partes, quæ per contuſionẽ à ſe
diſſideant, contrahere conſtringereq; ſint apta. Qui vero abſcq; cutis ſimili affectu ſunt contuſi,
hos oleo calente, cui euocandi facultas inſit, ſæpiſſime p̃fundere oportet, ac totius corporis ſimilẽ G
curam habere. Semel hoc incidere vidi, ſanauiq; id mature, ipſa ex oleo perfuſione. Verum vnà
cum cute neruos contuſos ſæpenumero vidi. & propter eius ſymptomatis frequentiam athletæ
ipſo vſu edocti habent cataplaſma, quod ex oxymelite & fabacea farina conficitur: quod planè ſa-
lutare medicamentũ eſt. At, ſi dolor vnà cũ contuſione vexat, ẽt picem liquidam immiſcere, ac bñ
coquere, tum calens medicamentũ imponere oportet. vbi vero magis ſiccans efficere voles, eruĩ
farinã inijcies. Quòd ſi, vt amplius quoq; ſiccet, deſiderabis, irim illyricam immittes. Totius aũt
corporis cura his quoq; cõmunis eſt. at ſi totus præciſus neruus ſit, metus præterea nullus inſtat:
dẽbilis tamen particula manebit. Curatio vero eius cõmunis eſt cum ea, quæ aliorum eſt vlcerũ,
quamq; vnam Theſſali imitatores norunt. Ergo de neruis hæc abunde ſint dicta. Phlegmonę ve
ro, quæ his ſuperueniẽt, quemadmodũ curandæ ſint, vbi de phlegmonis agemus, docebitur.

* ἀνάπηρος. i. mutila.

De vulneribus ligamentorum, inteſtinorum, peritonæi, & omenti, & quo pacto ſuturæ fieri debeant, cum partes abdominis internæ vulneratæ ſunt. CAP. 4.

LIgamenta vero, (quæ græci Syndeſmus vocant,) cum ſimillimam habeant tendonibus ſpe-
ciem, valentiſſimorum remediorum vim tolerant: quòd nec ad cerebrum pertingant, & ſen
ſus ſint expertia. nam nerui, omnes alij ex ipſo ſtatim cerebro ortum habent, alij ſpinali interue- H
niente medulla. Tendones quoq;, quoniam compoſitam eorum eſſe ſubſtantiam ex neruo liga-
mentoq; oſtendimus, quatenus nerui participes ſunt, eatenus ex cerebro oriuntur, cæterum mi-
nus ſaltem, quàm ipſi nerui, conuulſionem accerſunt. Ligamẽta vero, cum ex oſſe ortum habeãt,
quæcunq; rotunda ſunt, ea neruis aſſimilia ſunt, duritie tamen plurimum diſſidẽt. Verum in eo,
quòd alba ſunt, & exanguia, & cauitate carentia, & in fibras diuiduntur, ſimilitudo illis cum ner-
uis, & tendonibus conſtat. Ergo, vbi teretia ligamenta tendonesq; viſuntur, qui diſſectionũ ſunt
ignari, neruos eos imaginantur, potiſsimum, qui multo duriora ea neruis eſſe non intelligunt: at,
vbi lata ſunt, ibi ea à neruis diuerſa eſſe intelligunt: quanquam ne id quidem omnia: cæterũ ipſa
à ſeſe diſcernere non valent. Verum tu, qui præſertim cuiuſq; trium partium naturam perſpectã
habes, tum vero & formam, & quã in toto corpore poſituram obtinent, in quocũque mẽbro vul-
nus fieri cõtigerit, ſtatim intelliges, neruus ne ſit, quod in eo vulneratũ eſt, an ligamentum, ten-
do ve. Et de nerui quidẽ ac tendonis curatione iam dictum nobis eſt. Ligamentum vero vulne-
ratum ſi id eſt, quod ab oſſe ad os permeat, & maxime ſine periculo eſt, & quod oino ſiccãs qbus-
libet medicamentis, nihil hoiem offendes. Sin id, quod in muſculum ſe inſerit, quãto eſt neruo &
tendone minus periculo opportunum, tãto vtiq;, niſi rite curetur, reliquis ligamentis magis ter-
rere

A rere debet. Horũ nihil peragi methodo ab ijs medicis põt, qui indicationẽ, quæ à particulis ſumit̃,
vtilem eſſe ad vlcerum curationẽ negant: nec ab ijs, qui id quidem confitent̃, ſed tñ cuiuſq; parti-
culæ naturam ignorant: quæ nimirũ (licut oſtendimus) ex ipſo elementorũ conſtat temperamen-
to. Verum ij, q̃q̃ nihil aliud, ſaltẽ, quæ ex inſtrumentaria partiũ conſtitutione indicant̃, intelligũt:
Theſſalus vero, & qui ſequaces eius ſunt, ẽt hæc ignorant: Veluti ſtatim, ſi diuiſum abdomẽ tàm
alte ſit, vt inteſtinũ ex eo procidat, nec quẽadmodum id reponere conueniat: nec, ſi omentũ exci-
derit, abſcindendum ne id ſit, an non: nec an vinculo id excipiendum, an ſecus: nec an ſuendũ vul
nus ſit, nec ne: nec, ſi ſuendum ſit, qua rõne ſuendum, quicquã intelligunt: vt quæ ne nos quidem
intelligeremus, niſi ex diſſectionis rõne, omniũ, quæ iſtic cõtinentur, partiũ naturã didiciſſemus.
quã ẽt exponere neceſſum eſt, non claritatis modo gratia eorũ, quę dicenda ſunt, ſed ẽt probatio-
nis. Cutis extrinſecus omnibus anteſtat. hæc vero in mẽbranam finitur. A cute, medio circiter
loco, neruea tenuitas muſculorum (quam Aponeroſin Græci vocant) gemina tenditur, mẽbra-
narum ritu. Eas plericq; anatomicorũ duas eſſe minime norunt, cũ & vnà cohæreant coaleſcantq;
ſic, vt labor ſit eas ſeparaſſe, & ſumma præterea ſint tenuitate. Poſt has deinceps habent̃ duo mu-
ſculi recti, & carnoſi, qui à pectore ad ipſa pubis oſſa perueniunt. Atq; hæc quidẽ memorata oĩa

† Ex græco ad verbũ. qui, qũo vocatas Gaſtroraphias (. i. ventris ſeu abdomi nis ſuturas) fieri oporteat.

B & ſibi cohærent coaleſcũtq;, &, quod cõſtatũ ex ipſis eſt, Græci, †ἑξῆς qui, quemadmodum diuiſum
ventrẽ ſui conueniat, ⸗prodiderunt, Epigaſtrion, id eſt abdomen, nominarunt. Quod vero hoc
deinceps excipit, ab illis quidẽ vocatur Peritonęon, putãtibus videlicet vnum, & ſimplex id eſſe
corpus, minimeq; compoſitum, ſed falſò: cùm id compoſitum ex duobus corporibus ſit, quorum
vtrunq;, & exangue, et neruoſum ſit. Verũ alterum eorum neruoſa tenuitas eorum muſculorum
eſt, qui per tranſuerſum ſe agunt: Alterum membrana prætenuis, velut aranea, quæ vtiq; ad latus ad
quatuor quaſi digitos recedunt, hæ ſtatim à cute obliquos muſculos habent: priores quidem, q; à
pectore demittunt̃: ſecundos, qui ab ilibus aſcendunt: deinde poſt hos tranſuerſum muſculũ, ſub
quo eſt peritonęon. Ergo & minus periculi in hoc loco, quã in medio eſt, cum tenuem eiuſmodi
membranam, qualem aponeroſin vocant, nullam habeat: & ſutũra in medio difficulter admi
ſtratur: quippe cum & procidant hæc parte maxime inteſtina, & egre inibi cõtineri queant. Qui
enim conſtrinxerant contraxerant̃q; ea, recti illi carnoſiq; muſculi erant, quos ex pectore ad pu-
bis oſſa demiſſos diximus. Ergo, quoties horum aliquis eſt vulneratus, duplici de cauſa procide-

* κατασέλλεσθαι hic contineri Linacer vertit, cũ tñ inferius, denuo ĩmitti ac remitti verterit.

C re inteſtinum eſt neceſſum, à partibus quidem, quę ſunt ad latus, propterea, quòd muſculis, q̃ iſtic
ſunt, conſtringitur: à mediis vero, quòd nec muſculum eum, qui contineret, habet etiamnum va-
lidum, & quòd locus opportune ad procidentiam eſt comparatus. Quòd ſi maius etiam vulnus
fuerit, tum plura neceſſe eſt inteſtina excidere, tum difficilius denuo immitti. Porrò alia ratione
parua vulnera tractatu ſunt difficilia. Nam, niſi, quod procidit, illico in locum ſuũ reponas, infla-
tur, ſurgitq; in tumorem. quo euenit, vt per anguſtum foramen immitti nequeat. Minus igitur
graue in eiuſmodi vulnerationibus mediocre foramen eſt. Atq; hæc quidem præſciſſe oportet.
Proximum eſt, vt, quemadmodum quis hoc genus vulnerum commodiſſime contrectet, conſi-
deremus. Nam Theſſali præceptum, quo cenſet enęmis ea præſidijs glutinanda eſſe, parum ſatiſ-
facere manifeſtius puto, quàm vt quenquam latere, qui compos ſit mentis, poſsit. Quoniam igi-
tur principio id agendum eſt, vt inteſtina, quæ exciderunt, in ſuum locum recondantur: ſecundo
loco, vt vlcus ſuatur: tertio, vt medicamen imponas: quarto, vt, nequa præſtantior pars ſimul affi-
ciatur, proſpicias, age iam de primo horum agamus. Cum igitur triplex (vt dictum eſt) diſcrimen
horum vulnerum in magnitudine ſit, propriam à quoq; indicationem ſumere tentemus. Eſto
autem principio vulnus adeo paruum, vt inflatum iam, quod excidit inteſtinum, remittere am-
plius non ſit. Nunquid igitur hoc loco alterum è duobus eſt neceſſum, aut flatum educere, aut

D vulnus ampliare? Præſtiterit autem (vt arbitror) prius, ſi modo id conſequi liceat. At non alia po-
tius ratione id conſequare, quàm ſi cauſam, vnde excitata inflatio eſt, ſubmoueris. Ea igitur quæ
demum eſt? Certe ambientis aeris refrigeratio. Itaq; etiam ſanatio ex calefaciendo petetur. Ergo
ſpongia molli, & ex calente aqua madenti, ac mox expreſſa calfacere inteſtinum conueniet. Præ-
paretur vero interea vinum auſterum calidum. quippe id magis calfacit quã aqua, ac robur inte-
ſtino acquirit. Quòd ſi huic etiam præſidio inteſtini inflatio non ceſſerit, incidendum peritonæi
tantulum eſt, quantum ei, quod excidit, reponendo ſit ſatis. Appoſita porrò ad eiuſmodi inciſio-
nem ſunt ea, quæ Græci Syringotoma vocant. i. quæ ad fiſtulas incidendas ſunt comparata. Scal-
pelli vero, quibus acies vtrinq; habetur, aut quibus cuſpis acuta eſt, omnino fugiendi ſunt. Situs
vero laborãti appoſitus fuerit, cum in inferiore parte factum vulnus eſt, ſi ſurſum vergat: cum ve
ro in ſuperioribus, ſi deorſum. Vnum autem vtrobique cauetur, ne, quod exciderit, ab alijs quic-
quam inteſtinis degrauetur. Itaque ex hac ratione conueniet, vt, ſi in dextris vulnus ſit, corpus in
contrariam partem inclinetur: ſin in ſiniſtris ſit, in dextram ſic, vt, quæ vulnerata pars eſt, ſemper
altiorem locũ occupet. Atq; hoc tum in magnis, tum etiam in mediocribus vulneribus conduci-
bile fuerit. Quippe id omnibus cõe conſilium eſt. Cæterum repoſitio inteſtinorum in ſuum lo-
cum, vbi ex magno exciderũt vulnere, plane miniſtrum poſtulat dextrũ. Debet enim, vbi mani-
bus

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

bus ſuis totum vulnus extrinſecus apprehenderit, intrò reprimere, tum conſtringere, ac exiguũ B
ſemper ſuenti prænudare: quinetiã id ipſum, quod aſſutũ eſt, modice cõprimere, quoad totum per
ſuatur. Iã vero, quę cõmoda ratio ſuendi abdominis i talibus vulneribus ſit, deinceps doceamus.
Quoniã coire coaleſcereq; cũ peritonæo oportet abdomen, incipiendũ quidem à cute eſt, atque
ab externo introrſus acus inijcienda. Vbi vero tum cutem, tum rectũ muſculum totum trãſierit,
præterito, quod ei ſubeſt, peritonęo, p reliquũ peritonęum eam ab interno extrorſus inijcies, atq;
inde per reliquum abdomen ab interno extra tranſmittes. Vbi hoc penitus tranſmiſit, rurſus ab
externo introrſum idẽ abdomen eſt perforandum. Mox, vbi peritonęum, quod illi quoq; ſubhæ-
ret, præteieris, atq; ad contrarium veneris, hoc quoq; ab interno extrorſus perpungẽdum, vnaq;
cum eo totum ipſi vicinum abdomen. Deinde ab hoc rurſus incipiendum, atque id cum cõtrario
peritonæo conſuendum. ac rurſus vicina quoq; cute trãſmiſſa, iterũ ab ea parte acus introrſus eſt
inijcienda, conſuendumq; abdomen id cum contrario peritonæo, ẽt inibi vicina cute tranſmiſſa.
Atq; hæc iterum iterũq; facienda, quoad totum vulnus ſimiliter conſuerimus. Interuallum vero
quod futuris interuenit, quod ad cõpeſcenda pertinet ea, quæ ſubſunt, breuiſſimũ eſſe poſtulat.
Quòd vero ad firmitudinẽ ipſius cutis, quæ in interuallis futurarũ eſt, necubi rumpatur, breuitas
parum tuta eſt. Quare vtriuſque vitato exceſſu, eligenda mediocritas inter vtrunq; eſt. Iam hoc F
quoq; omniũ vlcerum cõe quodãmodo eſt: ſicuti ẽt ipſius, quo ſuũtur, fili conſiſtentia. Nã, quod
iuſto durius eſt, cutẽ rũpat, neceſſe eſt: quod mollius, ipſum prius rũpitur. Æque vero, ſi proxime
ſummas oras acũ tranſegeris, quod reliquũ eſt cutis, qm minimũ eſt, dũ violenter adducitur, co-
gitur perrũpi. Si plurimũ ab ijs receſſeris, multũ cutis inglutinatũ relinques. Hæc, tametſi omniũ
ſint vlcerũ cõia, maxime tm fugienda in abdomine ſuendo ſunt. Ipſa vero abdominis futura aut
iam dicto modo adminiſtrabit, vtiq; ſiquis huc ſtudiũ dirigat, vt peritonæum abdomini coaleſce
re faciat (vix. n. cũ eo coaleſcit, vtpote neruoſum:) aut ſicut non nulli faciunt, qui, quæ cognatæ na
turæ ſunt, ea cõmittunt, vtiq; peritonæo peritonæum, abdomini abdomẽ. Id fiet ad hunc modũ.
Oportet à vicino nobis abdomine incipere, atque ab externo introrſum per id rãtum acum trãſ-
mittere: poſt præteritis vtriſq; peritonæi labris, ex aduerſa parte ab externo introrſus p vtrunq;
eius labrum acum reuocare, deinde rurſus hanc reuocare, atque ab interno extrorſum per aduer-
ſum abdomen traijcere. Hic modus à publico, & exprompto, quo videlicet vno adactu per qua-
tuor labra acum tranſmittunt, hoc diſcriminis habet, q totum peritonæon intra abdomen pror-
ſus abſcondit. Deinceps vero de medicamentis præcipiamus. Sanè hæc quoq; eiuſdẽ eſſe ma- G
teriæ debebunt, cuius ſunt ea, quæ Enæma dicũtur: quæq; aliarum quoq; partium vnire vulnera
in ſuperioribus commentarijs oſtendimus. Deligatio vero extrinſecus, vel præcipue in his ne-
ceſſaria eſt. Quarta vero curationis in his pars non paulo ab alijs diſſidet. ſiquidẽ, quod inter bu-
bones, & axillas eſt, id totũ molli lana ex oleo mediocriter calido imbuta circundare oportet. Sa-
tius item fuerit, & ſi per clyſterem inteſtinis aliud ſimile infundas. Quòd ſiquid ipſorum inteſti
norum ſit vulneratum, quæ extrinſecus fieri debent, omnia ſimiliter, vt diximus, ſunt peragen-
da. Cæterum, quod inijcitur, vinum nigrum, auſterũ, & tepens erit, eoq; magis ſi totum perfora-
tum vſq; ad internum meatum ſit. Ac craſſa quidem inteſtina facilia ſanatu ſunt: e contrario diffi
cilia, quæ tenuia ſunt. Ieiunum tamen omnino incurabile eſt, tum propter magnitudinem multi
tudinemq; vaſorum: tum quòd tunica eius prætenuis neruoſaq; eſt: addẽ, quòd tum bilem ſynce-
ram hoc inteſtinum recipit vniuerſam, tum quòd omnium iecinori maxime eſt vicinum. Ventri
culi vero quæ carnoſæ partes infernæ ſunt, curare cum fiducia tentabis. Nam fieri poteſt etiam,
vt bene cedat, non ſolum quòd hæ craſſiores ſunt, ſed ẽt quòd ſanantia medicamenta facile hoc
loco ipſius ſubſiſtant. At, quæ in ore eius ac gula vlcerum ſunt, duntaxat contactu medicamento
rum in tranſitu fruuntur. Quæ vero in ore eius ſunt, ijs ſenſus quoque acumen ſanationi obſtat.
Verum, quanam ratione ventriculi vulnerati, aliorumq; exitialium vulnerum Hippocrates ſana H
tionẽ moliatur, ab ipſo peti eſt fatius. Ego nanq; non eo conſilio, vt nemo Hippocratis libros le-
gat, ad hoc opus ſcribendum acceſſi. Verum quoniam is mihi primus idonea vſus eſſe via videt,
nec tamen eam totam compleuiſſe, cum quædam minime limitata, quædã imperfecta obſcuraq;
ab eo prodita inuenire liceat: idcirco ipſe tum omnia ea lucide explicare, tum, quæ parum diſcre-
ta ſunt, diſtinguere, tũ, quæ deficiunt, ſupplere ſtudui. Vbi igitur aliquis ſe in his noſtris primi-
tus exercuerit, tunc ſe ad libros Hippocratis legendos conferat: ac tum eius de vlceribus librum
relegat, tum quæ de vulneribus exitioſis ſcripſit. Porrò ſimul maximum adiumentum ex his no-
ſtris libris habebit: ſimul certo intelliget neminẽ methodicæ ſectæ, quæ nomine ſpecioſo ſe vendi
tat, re aũt maxime eſt à methodo aliena, cõmode vlcus ſanare poſſe: ſed nec reliquorum Rationa-
liũ quẽpiã, quicunq; parum cognitis ſimilariũ partiũ elementis artem aggredi cenſent. Quippe
neſciũt hi quoq; rationalẽ ſimplicium animalis partium curationem, vt qui ab inſtrumentalibus
tm indicationes ſumant. Cæterum paucis etiamnũ contra Methodicos additis de iſtis, quæ in vẽ-
triculo accidunt, vulneribus, alio ſtilum cõferemus. Vulnerato peritonæo excidit ſubinde omen
tũ: quod primaria ne pars ſit, an non primaria, vel ex quibus condatur, vel quã habeat actionem
vſum ve, hi cõpertũ non habẽt. Itaq;, ſi iã liuet, aut nigricat portio ea, quæ excidit, ibi quid faciant,

audire

A audire eſt operæpretium: vtrum ne præcident, an intra peritonæon remittent. Omnino. n. vel ab
ipſa experientia, quid agendum ſit, intelligent, vel ab ipſa particulę natura indicationem ſument.
Atqui refugiunt hæc vtraq; eam quidem, quam experientia ſuppeditat, cognitionem, dum vene-
randum, ſ. hoc ſectæ ſuæ nomen methodum extollunt: eam vero, quæ ex particulæ natura ſugge-
ritur, q nec ſubſtantiam eius norunt, nec actionẽ, nec vſum, dum à diſſectione ceu inutili abhor-
rent. Itaq; neſciunt, ſit ne ex ijs, quæ neceſſariæ ad vitam ſint, an quæ neceſſariæ quidem non ſint,
non tamen omnino infimæ notæ: ſed nec an cum eius affectu ſimul afficienda pars aliqua prima-
ria ſit, an ſecus: addę, q nec an vaſorum, quæ in eo continẽtur, aliquod poſſit per ſanguinis profu-
ſionem hominem interimere: nec ſiquis poſt nigrum eius abſciſſum, quod integrum eſt, vinculo
cõplectatur, quò ſanguinis profluuium declinet, an id ipſum periculo vlli ſit futurũ: nam leui ſal-
tem intuitu omentum neruoſum videtur. proinde, niſi quis exacte naturam eius habeat cõper-
tam, nunq; audebit vinculo vti, conuulſionis. ſ. metu. Horum cum nihil mirifici iſti Methodici in-
telligant, vbi nigrum redditum omentum eſt, ſanè dicere, quid agendum ſit, non poſſunt. At nos
(arbitror) poſſumus, qui, cum vſum eius non adeo eſſe animali magnũ, ſubſtantiamq; eius ex mẽ
brana tenui acarteriſs venisq; compoſitam ſciamus, horum tũ initia ex maximis orta tũ arteriſs,
B tum venis intelligamus, ſanguinis quidem profuſionem cauebimus, coafficiendos vero neruos
non timebimus. proinde id, quod ſupra nigricans poſitũ eſt, vinculo excipiemus: quod poſt vin-
culum eſt, amputabimus: atque, vt in imo fine iam comprehenſæ gaſtroraphiæ vinculi fines pen-
deant, curabimus, quò nimirum facile eas, cum ex vulnere ſuppurante euomentur, recipiamus.

De ratione fracturarum oſſium curandarum. CAP. 5.

AC de reliquis quidem corporis partibus dictum abunde ſit: nunc de oſſibus agendum ſu-
pereſt. quando his quoque, de quo nunc agitur, morbus accidit, quem vnitionis ſiue conti-
nuitatis ſolutionem appellamus. Huic, cum in hanc inciderit partem, proprium nomen inditum
græce eſt Catagma, omnibus ferè hominibus, qui græce loqui norunt, tritum. Apagma nanque,
medicorũ appellatio propria eſt, plebi inuſitatũ. Solent autẽ ita nominare, quoties oſſis finis, qua
parte maxime cũ alio cõmittitur, abruptus eſt. ſed & è fracturis ipſis, quæcunq; fracti oſſis partes
iam prorſus ſeparārunt, eas Cauledon factas græce dicunt. Patet vero eiuſmodi diuiſionem per
tranſuerſum eſſe factam: veluti alteram per longitudinem magis eſſe, in qua ſanè non omnino ſe
parantur à ſe partes ſic affecti oſſis, ſed veluti per rectitudinem findũtur. quod genus Schidacedõ
fieri dicere ſolent. Non deſunt ex medicis iunioribus, qui adeo ambitioſe oẽs fracturarum diffe-
C rentias propriis interpretentur nominibus, vt etiam aliquã Raphanedon, id eſt ad raphani ſpeciẽ
fieri dicant, non contenti oratione os, quod varie ſit fractum, explicaſſe. At non Hippocrates hu-
ius fuit ſententiæ, ſed, quoad fieri licuit, vſitatiſſimis vtens nominibus, oratione interpretari non
eſt grauatus non has modo fracturarum differẽtias, verũetiam earum, quæ in capitis oſſibus eue-
niũt. Ac ſi ad eum modum de omni vitio egiſſet, profectò breuis mihi propoſita tractatio fuiſſet.
Nunc, cũ plurimorum viam, qua ſit inſiſtendum, indicarit, ſed, quæ particulatim ſunt agenda, in
choata indefinitaq; reliquerit, neceſſum eſt, in illis immoremur: nec tamẽ in ipſis plus iuſto, ſed,
quæ tradita illi perfecte ſunt, ea ſummatim commemoremus: quibuſdam etiam demonſtrationẽ
adijciamus, vtiq; ijs, quæ ab eo ratione parum ſunt munita: eorum præterea, quæ parum ſunt defi
nita, quædam definiamus: &, quæ inordinata ſunt, ea in ordinẽ diſponamus: poſtremo ex ijs, quæ
ille parũ lucida reliquit, quibuſdam lucem addamus. Verum, ſi in ſingulis verba eius adſcripſero,
expoſitorij cõmentarij longitudinem liber noſter habebit. Nec deerit fortaſſis aliquis, qui immo
dicam lõgitudinem noſtram hic merito accuſabit, qui de hac in tertio, et quarto volumine parum
* vlceribus. merito eſt queſtus. In his. n. neceſſe fuit mihi multa Hippocratis ex eo libro, q de vulnẽribus in-
ſcribitur, loca apponere: quibus reliquis medicis oſtẽderem, cuiuſmodi res ſit methodo quadam
D vlcerum curationem conſcribere. In libro aũt, quo de fracturis præcipit, quis adeo eſt ſtupidus, vt
doctrinã eius omnem, ceu lucidam planeq; abſolutiſſimam nõ ſuſcipiat? Quòd ſiqs ẽt, vnus vide
" licet alter ve dicat parum ſe id opus mirari, his opportuniſſime reſpondeat illud poetæ: Hos vnũ
" atq; alterum permitte tabeſcere. Quænam igitur ſit fracturæ curandæ vera methodus, quamq;
ipſa rei natura præſcribat, iam tempeſtiuum dicere videtur, atq; hinc ſumpto initio. Quoniam fra
cti oſſis ſoluta partium cõtinuitas eſt, vtiq; finis, quò tendet is, qui eas curabit, ſaltem primus, vni
tio eſt. Quòd ſi is per affectarum partium ſiccitatem perfici poſſe nõ videatur, reſtat alter, qui eſt,
vt alterius cuiuſdam interuentu glutinentur. qui ſi nec ipſe comparabilis aduertitur, inſanabile
eſſe vitium dixeris. Quòd igitur coaleſcere nequeat tàm durum os, quàm id, quod in iuuenibus
& adoleſcentibus, & viris, multoq; magis in ſenibus cernitur, id profectò vel cuiuis patere põt.
Poteſt certe illud tantum vnitionem recipere, quod abunde molle eſt: cuiuſmodi conſpicitur in
puerulis. Quòd autẽ alia quapiam interueniente ſubſtantia ceu glutino quodam agglutinari col-
ligariq; ſecum ſeparatæ fracti oſſis particulæ queant, hinc maxime ſperet quiſpiam. Monſtratum
eſt omnem animalis particulã proprium ac ſimile ſibi trahere alimentũ. Id ſi verũ eſt, oſſium cer-
te idoneum nutrimẽtum, & craſſius, & magis terreum, quàm aliud quoduis nutrimentũ in toto
animali, fuerit. Non eſt igitur nec à ratione alienum, nec quod fieri omnino non poſſit, vt, qđ ex

hoc

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

hoc ipso proprio alimento redundat,& in labris fracturæ cõcrescit,suo ipsius interuentu illa quo E
que conglutinet. Quinetiã ita vsu euenire cõspicitur:subscribitq; spei,quã rõ suppeditat,et experientia ipsa. Itaq; considerandũ deinceps est,quanã potissimũ rõne corpus hoc,quod fracturis innascitur,quantũ qualeq; sit,prouenire possit. Nam,q nec quãtũlibet,nec qualecũq;,sed quod mediocritatẽ in vtroq; seruet, requirimus,id planè est euidens. Porrò huius symmetriæ tum qualitate,tum quãtitate inuenta,deinceps est,vt,qua maxime quis vtrunq; assequatur,rõnẽ ipsam quærat. Sed nec tẽpus,quo hęc effici conueniat,minus necessarium quæsitu est, vtrum ne statim à fractura facta,veluti statim in vulneribus moliebamur vnitionẽ:an id cõmodum tẽpus non est, sed aptius aliud requirendũ. Sanè inuenias hoc quoq;,sicuti & reliqua omnia ex ipsa rei natura edoctus. Quęnã igitur est ipsius rei natura? Nẽpe os fractum sub aliqua paulo ante comprehensarũ differentiarũ. Age igitur videamus, nunquid à singulis differentijs aliquid desumi ad eius curationẽ possit,ab ea quã Cauledon, id est per trãsuersum, fieri diximus,orsi. Dissident sicà se in hac fracti ossis partes,vt è directo non iaceant. Quare patet primum id esse agendum, vt in directum agantur:tum eorũ,quæ deinceps sunt,aliquid gerat. Sanè eum situm habuerint,siquis ea, quæ sic dissident,integræ partis exemplo vsus,in contrariũ adducat: à qua nimirum certissima indicatio transpositionis eorũ erit. Fieri.n.põt,vt tum prorsum,tum retrorsum,tum in hanc partem,tum in F
illam mẽbri facta translatio sit. Quæcunque igitur retrorsum magis sunt acta,ea prorsum impelli conueniet:nec minus alterã quoq; fracti ossis partẽ modice ad contrariũ retrudi. Contra,q̃ prorsum sunt emota,hæc rursus ipsa quidem retrorsum, reliquam vero partem sensim duci prorsum. Eodem ẽt modo,& eorum,quę ad dextrã sunt detorta,medicatio est,si ad sinistram ducantur:cõtraq; eorũ,quæ ad sinistram, si mutenẽ ad dextrã, semper scilicet altera parte modice in contrariũ acta. Cæterum in adducendis contrario motu partibus,ne quæ frangant earum extantiæ,non leue periculum est. Necq;.n.(veluti in serra defectis visitur) læuis est vtriusq; partis finis. Nam,si illæ frangãtur,non poterunt ad amussim secum coaptari fracti ossis fines, duplici de causa. Nam,siue ipsa fragmenta inter partes coniungendas interciderint,non sinent ea,quæ adaptãtur,se cõtingere:siue quid forte ossiũ extra ecciderit,ne sic quidẽ eorum,quæ effinxeris, exacta coniunctio erit sic,vt pristinam vnionẽ imitenẽ:quippe quæ solum tum demũ erit, cùm ossis extantiæ in suas cauitates fuerint recõditæ. Quòd si semel comminutę perierint,necessum est,inter applicata simul ossa vacans interueniat spatium,in quod sanies collecta, atq; in tẽpore putrescens, totum pariter mẽbrum secum corrumpet. Atq; ob hæc quidem,quæ dissident ossa,è directo admota esse oportet. quod cõmode certe fieri nequit,nisi retrorsum prius sint tracta: Antitasin vocant. Oportet G
igitur aut manibus ipsis,vtiq; si paruũ sit mẽbrum, aut vinculis circũpositis,aut vnà cum ijs ẽt instrumentis,cuiusmodi nos Hippocrates docuit,antitasin ossium facere. Postea vero,q̃ abunde retracta fuerint, nec vllus superlit metus,ne se in adducendo tangant,tum in directum opponere, vinculaq; remittere,ac musculis ipsis diductorũ in idem commissionem permittere:interim vero teipsum quoq; manibus subseruire,ac, sicubi aliquid paulũ subsultet,corrigere,atq; formare. Ab ijs secũdũ,quò diriges,fuerit,vt immotũ prorsus mẽbrũ consistat,nequid eorum, quæ effinxeris, moueatur:qñ ita necesse est ea rursum dissidere. Ac,si ipsi quidem ægrotanti, vt quietudini membri prospiciat, permiseris, vigilans fortassis probe id curauerit,at dormiens omnino membrum mouebit. Vt igitur non dormientis modo hominis,sed ẽt ad desidendum,itemq;, cum cubile resternitur,surgentis,eorũ,quę formata sunt, positura seruet, tuta deligatura complecti fracturam oportet,quęq; fracti ossis partes secum coarctare ad amussim possit. At vero, cum laxior deligatura ossibus moueri permittat,arctior vero constringendo, dolorem excitet,danda opera est, vt
vitato ambarũ incõmodo,vtriusq; fruamur cõmodo. Id fiet,si, quod nimium est,declinabimus. Ergo nec adeo arctare deligaturam debebimus, vt iam cõprimat:nec adeo remittere, vt laxa sit. Ac, si quidem æqualis eẽt crassitudinis mẽbrũ quodq;,vtiq; latissima fascia esset cõmodissima,vt H
pote quę totũ æqualiter continenterq; ex omni parte fractum os complecteret. Sed,qñ id non est,pectori quidem latissimam licet circũponas,artubus certe & iugulo non potes, sed in talibus vtilior est angusta,vtpote quę nec rugas contrahet,& totius mẽbri,cui circundata est, cutem continget. Verũ,si paucis complexibus fracturam continet,parum tuta est. Quantum igitur securitatis ex angustia deficit,tm̃ ei ex iniectionis numero,& versus integrum deductione est adijciendum. Sed,qm̃ deligationum,quęcunq; citra dolorem carnem constipant coarctantq;, id virium habent,vt ex ijs partibus,quibus primum injiciũtur,succos exprimant in eas,in quas ipsę sunt finitę,reponant,atq; figant,non alienum à ratione arbitror deligaturæ principium super ipsam fracturam injici,abhinc vero ad reliquũ mẽbrum dispensari. Etenim, qui contra deligat,is ab integris ad ægram partem sanguinem cõpellit. Atqui,si ab ęgro loco incipiat,in integrum finiat,non solum innoxia eiusmodi deligatura in ijs,quę diximus, erit, sed ẽt vtile quiddam cõtulerit:quippe cũ nullã circũ fracturã sinet excitari phlegmonen:cuius rei curã habere in primis oportet. Timendum.n.est,ne tũ ex illa in diuersum vulsione,quã membrũ in suã formã effingentes administrauimus,tũ vel magis ex eo,quòd causę,quę fracturam faciunt,plerunq; circundatã ossibus carnẽ constipando contundendoq; prius lędunt,magnę subsequantur phlegmonę. Ne csanè mirer,

si phlegmones

A si phlegmones quiddam simile etiã ipsis fractis ossibus ad portionem accidat. quando etiam,quæ parum probe sunt curata,magis humida,q̃ pro natura sua,manifeste cernantur: vbi videlicet vnà cum vulnere os perfractum sub aspectus notitiam venit. Quinimmo nec ossis caries,quem sphacelon vocant,ex alia occasione oboritur: quæ ipsa totius ossium substantiæ corruptela quædam est. Non igitur negligendũ,quin totum superuacuum humidum ex oibus, quæ circa fracturã habentur,partibus exprimas. Incipies itaq; ab ægra parte,ac,cum bis ter ue circundederis,inde sanũ versus progredieris. Siquidẽ,qui ita deligat,& ab integris ad laborantẽ partẽ sanguinis confluxũ arcet,&,quod iam collectũ in ea est,exprimit. Cum vero duæ partes sint,quę & recipere aliquid à laborante particula,& transmittere ad eam possint,vtiq;,quæ superiacent,tum propter multitudinem,tum magnitudinẽ ad ambo magis sunt habiles: Extremæ vero,propter contrarias conditiones,exiguum quidem aliquid vel recipere,vel transmittere possunt,multum vero nec ægris partibus subministrare,nec ab ipsis recipere. Quocirca,cum duas primas fecerit Hippocrates deligaturas,priore quidẽ tum,quod in laborante particula cõtinetur, ad superpositа expellit:tum,quod ex his cõfluit,repellit:reliqua vero primis quidem cõplexibus, quos super ipsam fracturam facit, itemq; fasciæ ad inferna progressu,eò quædam extrudit,quædã,ne quid illinc confluat, prohibet:
B Reliquis deinceps oibus,quibus videlicet ab infimis partibus sursum recurrere deligaturã cẽset, vt eodem videlicet loco cum priore finiatur,tum ad superiora repellit,tum confluxum ab ijs prohibet. Muniunt igitur ac stabiliunt fracturam,nec phlegmonen oriri sinunt prima duo lintea. nõ tñ ea,quæ dicta sunt,ad ambos hos vsus satisfaciunt,{præsertim} sola. Vnde ad eorum quidẽ tutelam Hippocrates præsidium excogitauit,vt splenia vnà cum exterioribus fascijs adhiberentur, quæ hæc quoq; ipsa stabiliant. Ne autem phlegmone oriatur, medicamento quopiam ex ijs, quæ phlegmonen prohibent,vti iubet:quale nimirum est ceratum humidum. Hæc igitur oia ratione, vt cõprehensum est,dictante,sunt inuenta:& præter hæc ipsa repositionis figura: quæ ipsa quoq; geminæ indicationi subijcitur,priori,quæ ex solis cõmunibus notionibus pendet: alteri, quæ ex curandorum organorum naturali cõstitutione præstatur. Prior igitur eam, quæ maxime à dolore abest,eligendam figuram suadet:quò nec phlegmonen particula contrahat, & æger persistere in vna ea diutissime immotus possit. Secunda,quæ ex curandorum sumitur natura, arterias, venas, neruos,& musculos,quàm rectissimos poni præcipit. Sed & cõsentiunt inter se hæ indicationes: qñ & rectissima cuiusq; partis figura maxime est à dolore aliena: & quæcunq; magis, q̃ alia,est à dolore libera,ea maxime naturalis membro est,brachio quidem angulosa, quæ Engonios græce
C dicitur:cruri vero,quæ paulominus porrecta est. Porrò ad dolorem vitandum non modo naturalis habitus cuiuis instrumento est vtilis,verũetiam consuetudo quoq; conducere non nihil videtur. Atq; hæc quidem figuræ,in qua custodire membrum conueniat,inueniendæ ratio est. eadem porrò inueniendæ figuræ ratio est & in retractione partium à se: quam Antitasin vocant, & cum in naturalẽ situm aptant fracti ossis partes. Etenim expedit, vt in rectissima atq; à dolore alienissima forma membrum tum {retrorsum retrahas,} tum in naturalẽ habitum coaptes: multoq; etiã magis vt sub eadẽ figura tum deliges,tum ad quietẽ reponas. Siquidem sub alia deligare,in aliam vero mutare,non dolorem modo incitare potest,verũetiam ossa intorquere. nam,nisi eorum,quę præcepta sunt in cõmentarijs,quos de musculorum motibus scripsimus,obliuio obrepsit,necesse est,vbi figura mutatur,alios musculorum tendi,ac velut contractos rotũdari,alios solui,ac remitti. Ergo,vbi tendũtur,tum premi eos à deligatura est necesse, tum ex compressione ipsa dolere: vbi vero tensio remittitur,ea in parte deligaturam esse laxam,fracturamq; fulcimento destitui. Horũ igitur omnium causa tum extẽdere,tum effingere,tum deligare,tum reponere vna ea figura,quæ doloris minimum habeat,præcipue est studendum. Atq; ad primum quidem opus, quod in fracturis molimur,nullum iam relictum est præceptum. Soluere autem ex Hippocratis sentẽtia ter-
D tio die debebis,quò in membro præter solitum cooperto nec dolor nec pruritus creetur,nec eius, quod iam infixum fracturæ est,perspiratio prohibeatur. Cuius occasione non modo noxius pruritus quibusdam accidit,sed etiã cutem ex acrimonia saniei erosam exulcerari. Infundendum igitur tm̃ temperatæ aquæ est,quantũ ad euocãdam eiusmodi saniem est satis. Quod si rursus quoq; simili modo facies,vtiq; septimo id à primo die facere debebis. Apparuerint vero iam oia, modo nihil impediat,phlegmone libera,ac,q̃ pro naturali habitu,magis aliqñ gracilia. Tum igit licebit & ferulas circũponere,& soluere ex maiore interuallo. Nam antea,cũ phlegmones scopus vinceret,tutum non erat ferulis premere. Nunc cum ea desiit,ac stabilire fracturam est opus, sanè non incõmode his vtare. Sed & soluere ex maiore interuallo licet, videlicet non desiderantibus præterea partibus saniem excernere. Quinetiam callus, quem Paeon Græci dicunt,fœlicius ita proueuerit:qñ ad hunc gignendum(sicut dictum est)cogi concrescereq; aliquid proprij ossium alimenti oportet. Non est igitur hoc à labris fracturæ eluendum, aut foras euocandum: quod certe assidua solutio faciet. At vero nec tanto interuallo intermittendum, vt nescias,quẽadmodum fractura procedat. Vidimus enim non semel,cum valenter siccarentur ossa,ęgre prouenisse callum. Expedit igitur,istis tertio vel quarto die modice aquam calidam infundamus,hanc metam finiendæ perfusionis habentes,cum carnes in rubrum tumorem attolluntur. Atq; in his quidẽ prius,q̃

* Ἀντιδιατασίν.i. extentionem.

† διαστρέψεν.i. extendas.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſubſidere incipiant, deſiſtendum eſt. Contra, vbi digeri quid volumus, non prius eſt deſiſtẽdum, E
q̃, quod ex perfuſione intumuit, ſubſidat. In quibus vero, quò minus callus in fractura proueniat, humiditas abundantior obſtat, ibi hanc ſiccare (ſicut prius eſt dictum) conuenienti deligatura, & perfuſione aquæ, quę vel minima oĩno ſit vel plurima, conabimur. Quippe minima, cũ prius deſi ſtat, cp̃ aliquid confluat, &, qui ad manum humores ſunt, per ſpiritũ digerit: &, qui in alto ſunt, mo dice liquat. Expedit aũt ita ſolui liquariq; ea, quæ per deligaturam ſunt expellenda. Plurima vero digerit plus, cp̃ attrahit. Sãnè conſtat in ea quidem deligatura, quæ exprimet, minus eſſe arctandos faſciarum fines: in ea vero, quæ ad renutriẽdum eſt cõparata, nec minus hos arctandos, & vniuer-ſos circunductus laxiores faciendos. Quoniam aũt non ſolum, quo tempore ſubueniẽdum callo gignendo ſit, ſed etiam, quo pacto, eſt inuentum, reliquum fuerit de vniuerſa victus ratione præ-cipere. Ac, cp̃ in principio quidem ſit tenuiſsime cibandum, id, vbi de propria phlegmonarum cu-ratione agemus, dicetur. Porrò monſtrabitur, & cp̃ venam incidere interdum oportet, & per ven-trem ſuperuacua expellere. At, quo tempore callus gignitur, nutriendum corpus eſt cibis boni ſucci, & qui multum nutriant, ex quibus prouenire ſuccus ſoleat nõ ſolum bonus, ſed etiã tenax, ex quali fieri callum maxime expedit: quippe cum ex ſeroſa humiditate ac tenui gigni prorſus ne queat: ex craſſa vero, ſed quæ fragilis ſit, ac pinguitudinis expers, gigni quidem poterit non ſegni- F
ter, cæterum tempore ſicceſcens, friabilior atq; ita fractioni obnoxius reddetur. Magnitudo calli ea ſit, quæ & oſsibus tuto vinculo ſit, nec muſculos tamen comprimat. Nam, qui minor iuſto eſt, hic oſſa parum reddet tuta: qui maior eſt, dolorem muſculis inuehet. Attendendum vero diligen-ter eſt, vt vel promoueatur, ſi minor iuſto proueniat: vel inhibeatur, ſi immodice increſcat. Sunt vero, quibus hæc efficies, †{ipſius perfuſionis tum quantitas, tum vero qualitas: prætereaq; ci-borum quantitas,} ac medicaminum, quæ illi extrinſecus imponuntur, facultates. Ac de perfunden do quidem & victus ratione ſupra eſt dictum: Ex medicamentis vero, quæcũq; emplaſticam ſub-ſtantiam habent, ac modice calfaciunt, ea callos tum promouent, tum vero augent: Quæ vero di-gerendi vim obtinent, ea magnos iam callos diminuunt. Si vero nec augere callum, nec minuere ſtudes, ſed eo, ſicut vltro prouenit, es contentus, medicamento aliquo eorum, quæ cruentis adhi-bentur vulneribus, vtere: quæ, cum modice ſiccent, etiam coagulari ac cõcreſcere mediocriter cal-lum faciunt. Ac de tranſuerſis quidem fracturis hæc ſatisfaciant. De longis vero reliqua omnia ad eundem ſe habent modum, cæterum cõprimendæ hæ magis in ipſo fracturæ loco ſunt: tum, quod receſsit, retrudendum introrſus eſt. Quæ vero confracta multifariam ſunt, potiſsimum cum vlce-re, quemadmodum fieri plurimum ſolet, ijs ſplenia circundanda aſciæ ritu incurua Hippocrates G
præcepit, eaq; vino imbuta tum auſtero, tum nigro, æſtate potiſsimum. Quippe putreſcunt, ſiue oleo quis vtatur, ſiue cerato: cum poſtulent amplius, cp̃ reliqua, ſiccari, vtpote vitio ipſo reliquis maiore. Quinetiam medicamenta quoq; omnia ex ſiccantiũ ſint numero, ſicuti ille præcepit, ſed ſimul modum ipſum ſiccationis definiẽs: etenim ex enæmis eiuſmodi eſſe pharmaca vult. Quòd ſi protinus ab initio quis ipſis vtatur, tale eſſe debere enæmon ſuadet, quod imbui ſit aptum. Ac reliqua quidem oĩa ex illius præceptis ſunt peragenda, nõ in ijs, quæ dicta ſunt, modo, verũetiam ſiue nudatum os †{deſecari ſerra} poſtulet, ſiue fragmenta quæpiam vel teipſum eximere, vel ex-pellenti naturæ ſubſeruire oporteat. De ijs vero, quæ cruribus ſupponunt̃, organis, quos Solenas græci vocant, quæcunq; Hippocrates addubitauit, vtenda ne ſint, nec ne, & omnes norunt, & lau dandas eſſe rationes cenſeo. Quod autẽ neotericis inuentum eſt gloſſocomon, quo maxime tem-pore gignẽdi calli vtimur, laudandum id quidem, quantum aliam quãuis eiuſmodi machinarum, ducimus. Verum non videtur id Hippocrates nouiſſe, quanquã alias in organis, quæ vſui forent, excogitandis non indiligens. At vero, quod cruribus ſubijcitur inſtrumentum, recte illis excogi-tatum eſt: cp̃ per vnicum axem, qui in fine machinæ ad infernam eius partem eſt collocatus, con-trarium nixum toti membro gemina tenſione efficit. Nominatur earum altera (quæ vtiq; mem- H
brum tendit in directum) græce Euthyporos, id eſt in rectum procedens: quæ vero prius ſurſum, mox deorſum, ea Metalepticę græce dicitur, quaſi translatiuam dixeris. Obeuntur ambæ per la-queorũ circumplexũ. Porrò aptiſsimus in hunc vſum laqueus eſt, †{qui duas habeat appẽdices.} Hic igitur, cum in partibus membri, quæ infra fracturam ſunt, iniectus eſt, priorem ſiue euthypo ron efficit tenſionẽ, brachijs ſcilicet ipſius axi circumpoſitis. Cum vero in partibus, quæ ſupra fra-cturam ſunt, idem laqueus imponitur, metalepticen tenſionem efficit, abactis videlicet ipſius bra chijs prius ſurſum, mox deorſum: quippe hæc quoq; circundanda axi ſunt. Porrò circũactum ac veluti flexum brachiorum laquei, qui à ſuperioribus partibus ad inferiores agitur, per trochilia fieri oportet, quæ in lateribus glottocomi ſint poſita. Licebit, & Solena voces eiuſmodi machinã, & cum adiectione ſic, Solena mechanicũ, aut Glottocomion mechanicum. Verum de inſtrumen tis vberius præcipiemus, quando †{de luxatis} agemus. vbi etiam de varietate deligaturarũ, quæ ſuperimponuntur, non minus dicetur. Nunc vero, poſtq̃ de mechanico Solene mentionem feci, qui plurimum cruri commodat, tum aliàs, cum reponitur: tum vel magis, cum æger cubile mutat, aut etiam è ventre aliquid excernit, non ab re fuerit, quò nihil tractationi de eo deſideretur, multo magis illud glottocomion laudare, cuius alterum laterum itemq; tabellulam, in qua pedem col-

locant,

† AV. Ex antiqs. tũ ipſius perfu-ſionis quãtitas, tũ ciborũ quan titas ac qualitas habẽt enĩ, τότε ποσόν τῆς αἰω-νήσεως καὶ τὸ ποσὸν καὶ ποιὸν τῶν ἐδεσμάτων.

† de luxatorum curatione.

A locant, quò nulli non quadret membri magnitudini, mobilia faciunt. Ac de reliquis quidem fracturis hæc noſſe, cum ijs, quæ Hippocrates præcepit, ſat fuerit.

De curandis fracturis oſſium, quæ in capite conſiſtunt. CAP. 6.

DE ijs vero, quæ in capite accidunt, Hippocrates certe integrum volumen ſcripſit, vbi omnia præcipit, quæ in his ſunt agenda: & nos, cum huic operi finẽ impoſuerimus, enarranda eius opera aggrediemur. Ad præſens vero, qm̃ in his commẽtarijs, & quæ ſupra ea, quæ ille dixit, ſunt inuẽta, adijcimus, & quæ indefinite dixit, definimus, neceſſe eſt primũ de cauis exciſorijs ſcalpris, quos græce Cyliſcus vocant, mox de ijs, quos à lenticulæ ſpecie Phacotus vocant, poſt hos de an guſtis ſcalpellis, demum de medicamentorũ vſu aliquid agamus. Ergo de fracturis caluariæ quę-dam vſq; ad ſecundam laminam, quam græce Diploen vocant, perueniunt: quædam vſq; ad inter nam oſsium faciem: quædam etiam ſimplices fracturæ: quædam cõtuſiones: quædam veſtigia eo-rum, quibus inflicta plaga eſt. Quæ igitur ſimplices fracturæ ad ſecundam vſq; laminam perue-niunt, ijs, quos modo diximus, anguſtis ſcalpellis indigẽt. Expedit autem hos vt numero multos, ita magnitudine impares eſſe, necubi deſit, quod operi ſit commodiſsimum. poſtea vero nudato, prout fieri ſolet, vitiato oſſe, vtendum primo quidem latiore, ſecundo loco, eo, quod illo eſt angu-
B ſtius, mox ita reliquis deinceps vſq; ad anguſtiſsimum. Hoc vero in ipſa diploe eſt vtendum. Poſt hæc tum protinus, tum ad finem vſq; ſiccis medicamentis eſt medendum. Quæ ob id ipſum κεφα-λικὰ græce, id eſt capitalia, ſunt dicta. Ea cõponuntur ex iri illyrica, & erui farina, & manna, & ari-ſtolochia, & panacis radicis cortice: † in ſumma, oĩbus, quæ extergere citra morſum poſſunt. ipſa nãq; generatio carnis, naturæ opus eſt. Itaq; ægro ad eã rẽ nihil opus eſt arte medica. Vt aũt, quæ prouenit caro, coaleſcat circumhęreatq; omni oſſis parti, id inde maxime eueniet, ſi neq; ſordes ſu per eo ſit, nec oleoſa quępiam pinguitudo. Id igitur eſt, quod ægris medici ad carnis productionẽ præſtãt, vt totus locus ſiccus ſit, tum quælibet vitiati oſsis pars planè pura. Atq; hæc quidẽ omniũ fracturarum, cũ caro in his produci incipit, cõmunia ſunt. Ex fracturis vero, quæ ad cerebri vſq; membranas peruenerunt, ſi ſimplex tm̃ fractura ſit, iam dictis ſcalpellis anguſtis vtendum: Sin cũ contuſione aliqua, quod contuſum eſt, excidi debebit, idq; vel terebellis prius in circuitu perfora-tum, mox deinde ſcalpris admotis, vel protinus ab initio cyliſcis. Ac, quæ per terebellã quidem ratio fungitur, parum tuta eſt propterea, cp̃, dum audacius eam tractant, duram membranam, quæ oſſi ſubſtrenitur, nõ raro violant. Quod vero p cyliſcos opus adminiſtratur, ne id quidem oĩno vitio caret, cum quatiat immodice caput, quod potius quietem poſtulat. Mihi igitur hic quoq; pla
C cet, ſi magnæ ſint fracturæ, & oſſa, quæ fracta ſunt, vehementer mota, cyliſcis vti. quippe paucis exciſionibus facies lenticulatis exciſorijs locum. Sin firma plurimum oſſa ſint, foranda terebella ſunt. Quidam aũt, quò minus vſquam aberrent, eiuſmodi terebellas excogitarunt, quæ mergi nõ poſsint, quas ab argumento Abaptiſtas dicunt. Circũcurrit enim parum ſupra terebellæ acutam cuſpidem circulus quidam parum extans. Sanè expedit complures id genus præparatas habere, ad omnem caluariæ craſſitudinem. Nam craſſiori longior terebra conueniet, (voco autem ita, cu-ius ſpatium, quod inter ſummam eſt cuſpidem, & circulum, qui extans circũcurrit, maius eſt:) te-nuiori breuior. eſt autem huic quoq;, quod intereſt inter cuſpidem, & quod circumcurrit, minus. Aliqui vero (ſiue illos his timidiores, ſiue tutiores appellem) etiam ijs, quas Chœnicidas vocant, ſunt vſi. Tu vero, ſi neq; improuidus eorum, quę fallere poſſunt, ſis futurus, neq; plus, quàm ſatis eſt, timidus, cõmodiſsime cyliſcis vtere: & primo quidẽ aggreſſu, latioribus: poſtea magis angu-ſtis, donec ad craſſam membranam peruenęris. Cæterum, quod excidi oportet, id totum circulo cyliſcis nudandum non eſt, ſed ex ea maxime parte, qua fractura eſt grauiſsima. Nam prẽter alia, etiam membrana ipſa ab oſſibus, quæ vehementer ſunt afflicta, celerrime recedit, adeo, vt nullus ſit metus eam, quæ iam ſeiuncta eſt, tetigiſſe. Si vero vnam ſemel nudaueris partem, ac ſcalprum,
D qui in cuſpide præfixam habet obtuſam læuemq; lenticulæ ſpeciem, aciem vero per longitudinẽ erectam, ſubmiſeris, vbi latam partem lenticulæ ſuper membranam ſtatueris, feries malleolo, ac ſic caluariam diuides. Euenient enim ita agẽtibus, quæ requirimus, oĩa. Nam mẽbrana, ne ſi dor mitans quidẽ quis agat, lata tantũ lenticulæ parte occurrens vulnerari poteſt. Quòd ſicubi adhæ-reat caluariæ, huius quoq; adhærẽtiam innoxię dirimit ipſa lenticulæ rotunditas. Subſequiẽ vero præeuntem eam à tergo ipſe ſcalper caluariam ſecãs. Quare, nec qui minus cum periculo, nec qui celerius perficiatur, forandi modum alium inuenias. Maxime autẽ hunc in vehementiſsimis fra-cturis laudabis: quas vtiq; recentiorum non nulli medicorum græce Engẽſomata & Camaroſẽs nominant: Engẽſomata quidẽ, quæ in medio ſui membranæ innituntur: Camaromata vero, quæ eandem ipſam partem, exaltatam habent, cæterum, qua primum ab integris fracturæ partibus di ducí ægra cœpit, intro magis recedunt, ac membranæ innituntur. Quippe celerrime in talibus, quod ægrum eſt, totum exciditur: vtpote cum promptius ſubintret lenticulati ſcalpri finis in ijs, quæ plurimum à naturali habitu receſſerunt. Quinetiam inſtrumento, quod Oſtagran vocãt, ali-quibus oſsium, quæ vehementer ſunt comminuta, vel exaltatis, vel conuerſis, ea potiſſimum par-te, vt demittatur lenticulatũ ſcalprum, prępparabimus. Quo facto ſuccedunt deinceps omnia, qui-bus eſt opus, cum ſecuritate ſimul ac celeritate: vt fermè dixeris celebre illud dictum in quibus eſt opus, cum ſecuritate ſimul ac celeritate.

* ῥὶς, i. labrũ, ſiue ſuperciliũ.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quidem omnibus probe se habere: Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Hic vero non totius di B
midium, sed vel totum, vel paulo minus totum habeas, vbi lenticulatũ scalprum immiseris. Atq;
hæc optima est fracturarum, quæ in caluaria sunt, manualis tractatio: quam Chirurgian vocant.
Quantum vero excidere conueniat eius, quod affectum est, deinceps exponã. Quod vehemẽter
est confractum, id totum est auferendum. Si vero ab eo fragmenta quædam longius excurrant,
(quemadmodum aliquãdo cernitur accidere) hæc persequi ad finẽ non expedit, illud persuasum
habentibus, minime futurum, vt ex eo noxa sequatur vlla, modo reliqua omnia rite sint peracta.
Nos enim nõ semel aut bis, sed planè persæpe sic facientes voti compotes fuimus. Indicatio vero
agendorum hic quoq; ex natura ipsarum partium affectarum subministrata est. Nam deligaturã,
quam in alijs fracturis, ceu maxime phlegmonas arcentẽ, ratio inuenit, capiti adaptare nõ possis.
itaq; nec, quod affluit reprimere, nec, quod in ægris partibus cõtinetur, exprimere queas: sine qui
bus prælidijs nec reliquorum ossium vllum seruari sanum potest. Nam pone in brachio ad medul
lam vsq; fractum os esse, neminemq; postea pro fracturæ legibus id deligasse: Omnino necessum
erit saniem, non solum, quę foris sub cute & sub musculis est collecta, sed etiã, quæ in medulla con
tinetur, tum ipsam primum ac maxime corrumpere, tum cum ipsa os vniuersum: quando etiam
nunc quoq; omnibus rite peractis aliquando talia contingunt. Quomodo ergo non vel magis in F
capite ea accidant, cum nec deligaturam, quæ fracturis debetur, admittat, & omnis sanies prona fe
ratur sic, vt super membranam vniuersa coaceruetur? In alijs igitur fracturis deligatura cum rite
adhibetur, tantum abest, vt superuacuam aliquam humiditatem colligi in læso osse patiatur, vt ẽt
gracilius, q̃ pro naturali habitu, membrum reddat: In capite vero ratio, quæ per deligaturã est ex
cogitata, nec potest ita tum os ipsum cõfractum, tum, quæ illi circũstant, liccare, vt neq; phlegmo
nen contrahant, neq; penitus vllam efficiant saniem: nec medicamentum est vllum, quod vel in
alijs quidem partibus citra deligaturam os fractum, quatenus nunc dictum est, siccum atq; ab su
peruacuis purum reddere valeat. Necessum igitur est nobis primũ fracturæ aliquid nudare, quò
videlicet detergere & abluere saniem à membrana liceat: posit vero, cum phlegmones tps præte
rijt, omniaq; sicca ad vnguem sunt, carnem producere, ac cicatrice locum includere. Non est hic
sermo nudus, rerumq; vacuus, cuiusmodi est ille sophistarum, qui operũ artis nescij quærunt, cur
capitis fracturæ callum non ducãt. Ducunt enim, viri boni. Vosq; tam dementes estis, vt eorum, * λιρώδεις
quæ non sunt, tanq̃ sint, causas assignetis. Nouimus enim aliquando sincipitis os fractum. quod
aũt os huic ossi protinus succedit, temporis os vocatur, in quo ipsas squamatim cõpactas commis
suras esse accidit. in eo luculenta fractura longissime pertinebat: quam ipse equidem minime con G
tingens, sed tantum sincipitis os excindens, hominem sanaui sic, vt nũc quoq; multos iam annos
viuat. Quòd si sincipitis quoq; os dimisissem, putruissset citius, quę illi suberat, cerebri membrana,
q̃ callum fractura duxisset. Nam, si nulla ex læsis partibus sanies intrò cõflueret, superfluum esset
os excindere. Ergo illi, prout solent, nugentur. Ego vero in alia similiter se habente fractura co
gitaram supernum os dimittere, ac, quod à lateribus erat, quò sanies defluere, eximere. mox, cum
& crassitudinem eius & duritiam æstimassem, vtilius fore iudicaui supernũ os potius eximere, q̃
ob defluxus solicitudinem cerebrum valenter concutere. Cogitaui prꝛterea accidere posse, vt, si à
latere magnum fieret in ossibus foramen, prominꝛet fortassis hac parte cerebrum. Est porrò &
in lateribus non vno in loco etiam neruorum, horumq; non leuis momẽti, quidam exortus: cum
in supernis capitis ne minimus quidem vsquam oriatur neruus. His admonitus abstinui ab exi
mendo osse, quod in latere capitis esset. At callum semper duxit, modo rite curaretur. Ac iã, quod
disquiramus, hoc ferè supereſt, quænam sit, postq̃ foratum os est, tum medicamentorum, tum vni
uersæ diligẽtiæ nostræ præcipua omnium ratio: vtrum ne blandissima, & quæ maxime voluptati
cubantis subscribat, veluti qua nũc plerique vtuntur: an quæ huic maxime est aduersa, nempe quæ
per medicamenta, quæ vehementissime siccent, perficitur: cuiusmodi & Meges Sidonius laudat, H
& ciuis quidam noster semper est vsus sic, vt etiam emplastrum, quod Isin vocant, ilico nudatæ
membranæ imponeret, & super hanc foris oxymeli. Sanè is senex erat satis exercitatus in hac artis
parte: cæterum neq; alium quempiam his vsum vidi, nec ipse vti sum ausus. Tantum tamen testi
ficari Eudemo possum (nam id seni nomen erat) magis fuisse seruatos, qui ab illo curabantur, q̃
qui ab ijs, qui blandis vtebantur. Aggressus vero fuissem aliquando ipse quoq; experiri eiusmodi
curationis rationem, si perpetuo in Asia mansissem. Sed, cum Romæ plurimum agerem, ciuitatis
morem sum secutus, permissa ijs, quos Chirurgos vocant, maxima eiusmodi operum parte. Cæte
rum ipsam rei naturam æstimans, talem quandam determinationem longa nostra experientia cõ
firmatam concipio. Qui auditorius meatus dicitur, non solum vsq; ad cerebri duram membranã
pertinet, sed etiam neruum contingit, qui in ipsum à cerebro descendit. Is autem, quãquam ita po
situs in vicino, tamen vehementissima (sicut dictum prius est) medicamenta tolerat. Nihil igitur
miri sit, si post forationes crassa cerebri mẽbrana ante, q̃ notabiliter phlegmone occupetur, valen
tissimis gaudeat medicamentis, ceu siccam naturaliter substantiam habens.


Galeni

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENT. LIBRI.

Ventriculi exemplo vniuersas partium intemperies curare docet, siue illæ quidem simplices, siue cum succorum affluxu consistant.

Galenum veritatis ac scientiæ studio inflammatum ad exercitationem tantum, ac ob amicorum preces, hos, & reliquos omnes libros scripsisse. CAP. I.

B 

τὸ τῆς λήθης γήρας

EDendi methodum, Eugeniane charissime, quam olim in Hieronis gratiam scri
bendam susceperam, postea, q̃ illum subito longum iter ingredi coactũ, nõmul
to post diẽ obijsse nũciatum, ipsi quoq; persequi destitimus. Tu enim mihi con
scius es, neq; hoc me opus, neq; aliud vllum popularis auræ studio fuisse aggres
sum, sed quò vel amicis gratificarer, vel meipsum simul vtilissima ratione ad rẽ
propositam exercitarem, simul †{ad obliuionem senij} (vt Plato inquit) cõmen
tarios mihi reponerem. Quippe multitudinis laus, cõmodum ad vsus nõ nullos
instrumentum viuentibus aliquãdo est: mortuis certe nihil prodest, sicut neq; viuentium quibus
dam. Nam, qui viuere in tranquillo optarunt, ac fructum ex philosophia ceperunt, & ijs, quæ cor
pori curando sufficiunt, sunt contenti, ijs vtiq; impedimento nõ paruo est apud vulgum fama, vt
quæ eos à rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferat: veluti me quoq; non ignoras ab ijs,
quæ sunt molesta, sic non nunquã tædio affectũ, vt bono interim spatio ne tangere quidem librũ
possim. Ego vero (haud scio qua ratione) ab ipsa vsq; adolescentia mirifice, siue inspiratus, siue fu
rore percitus, siue quomodocunq; dixisse libet, & vulgi famam contempsi, & veritatis scientiæq;
studio flagraui, nullam esse hominibus nec honestiorem nec diuiniorem possessionẽ ratus. Atq;
ideo nulli librorum meorum nomẽ meum præscripsi: immo vos (sicut ipse testis es) rogaui, ne me
immodice (vt soletis) apud homines laudaretis: nec nomen meum operibus, quę proderem, inscri
C beretis. Ob hæc igitur omnia ẽt medendi methodus, quam inceperam, à me est deposita, cum ca
pita inuentorum breuibus cõmentarijs mihi ipsi scripsissem, nec vllam pleniorem docendi ratio
*διεξοδικὴν nem etiamnum adiecissem. Nunc, qñ & tu, & alij ex amicis nõ pauci exigitis, quę subinde meope
re in ægris peragere vidistis, vt ea in cõmentarios redigam, adijciam huic operi, quod reliquũ est.

Quid superioribus libris est actum, quid sequentibus agendum: & quod imbecillitatis affectum Empirici & Dogmatici non recte intellexerunt. CAP. 2.

ERgo in horum commẽtariorum tertio, quarto, quinto, & sexto, quemadmodum similarium
instrumentaliumq; partium cõem morbum curari conueniat, scripseram, idcirco nimirum ab
eo auspicatus, q̃ & conspectior reliquis esset, & euidenter oẽs propemodum priores medicos, qui
certa methodo artem tradere polliciti, amethodi in ipsis curationibus deprehenduntur, confuta
ret. Nam, cum ab Hippocrate discesseris, qui nobis omnium salutarium præceptorum semina præ
buit, reliquorum certe nemo vel conatus est genus hoc morbi methodo curare. Postulant autẽ, &
quæ Hippocrates ipse reliquit, non malos agricolas, qui ea tum seminent cõmode, tum augeant,
tum perficiant. Id aũt fecisse ante nos neminem, sed plerosq; etiã semina, quæ reliquit, corrupisse,
ijs, qui animũ aduerterunt, clare monstratũ abitror. Itaq; hoc morbi genus vel continuitatis solu
D tionẽ, vel vnitionis, vel qualitercũq; est libitũ, appellare cuiq; permisimus: qñ de nominibus nec
in hoc opere, nec in alio medicinaliũ vllo laboramus, sed quo pacto artis maxime finẽ consequa
mur. Reuertamur aũt nunc ad morbum eũ, qui otium est primus, nẽpe, qui in similaribus nascit,
quibus scilicet primũ animantis functiones referũtur acceptæ. Siquidem monstratũ in alijs ope
ribus est, quẽadmodum instrumentaliũ quãq; partiũ aliquid agere dicamus, veluti oculũ videre,
aut crus ambulare: Esse enim sicuti id, quod præcipuũ est actionis crurũ, non cruris totius, sed mu
sculosi in eo generis, sic visionẽ non oculi totius, sed crystallini in ipso humoris: ac in reliquis qui
busq; organis ad portionem. Porrò ostensum in secundo horum voluminum est genus hoc mor
bi nõ solum cognitu esse maxime necessarium, sed etiam neminẽ ipsum ratione curare posse, qui
prima corporis elementa non norit: Præterea nõ intelligere ea, quæ dicãt, non nullos eorũ, qui ra
tionales se nominant, quoties imbecillitatẽ esse dicunt vel ventriculi, vel intestinorum, vel iecino
ris, vel oculorum, vel alterius cuiuslibet partis. Si nanq; ita nominant infirmitatẽ impotentiamq;
ad naturale opus, nihil plus plebeio intelligunt: quippe quẽ dicere audias imbecillum sibi ventri
culum esse, non enim concoquere eũ vel minima leuissimaq;, quæ sumpsit. Quòd si imbecillitatẽ
quæ est in vẽtriculo, affectũ quempiã esse aiunt, interpretent, quæso, nobis quem nam demũ hũc
esse volunt, quẽadmodum in phlegmone fecerunt. nam Empirico sat fuerit, si symptomata labo

Universidad del Rosario
Archivo Histórico

rantis particulæ exposuerit, nempe tumorem præter naturam, & renixum, & pulsatilem dolorẽ, E
& tensionem, & ruborem, aliaq; id genus: imponitq; non nunq; breuitatis docendi causa cunctis
simul collectis vnum nomen, sicuti comprehẽsis iam phlegmonen. Dogmatici vero non itidem,
sed ipsam morbi naturã inspiciunt, quã symptomatum illorũ collectio necessario sequit. Siquidẽ
Erasistrato videtur sanguis, qui in arterias incidit, vbi spiritu impellitur, in exitu earum impactus
hærere, idq; phlegmone esse. At par (arbitror) erat vel Erasistratum ipsum, vel aliquem ex sectato
ribus eius simili modo, affectũ, qui in imbecillitate cuiusq; partis subest, interpretari. Tanq; enim
de phlegmone, in quid nã translatus naturalis partis habitus sit, explicuit, ita ratio exigebat, vt &
translatio cuiusq; particulæ in imbecillitatẽ ab eo explicaret. Non enim, cũ pro naturæ ratione est
affecta, ad propriã actionem est imbecilla: sed accessit oino aliqua præter naturã occasio, quæ eam
dissoluit deiecitq;, & mortuæ similem effecit: quã vtiq; nec Erasistratus dixit, nec Herophilus, nec
alius quispiam medicorũ, qui de primorum corporũ natura ausi aliquid pronunciare non sunt.

Communis methodus intemperiei dignoscendæ, & curandæ. CAP. 3.

CÆterum immorandum in his diutius non est; cum præsertim abunde prius monstratum sit
& genus hoc morbi vtilissimum esse, quod à medicis disquiratur: &, qui commode id sit tra-
ctaturus, huic necesse prius esse de elementis considerasse. Itaq; qui nobis habendus sermo est, is F
totus ex prius demonstratis elementis absoluet: de quibus vnũ (vt scis) volumen edidimus, quod
De elementis secũdum Hippocratem inscripsimus. Sane eadẽ opinio de corporis natura est tum
Diocli, tum Mnesitheo, tum Dieuchi, tum Atheneo, tum probatissimis ferè quibusq; medicorũ,
itidem vt præstantissimis philosophorum: vt qui ex calido, frigido, humido, & sicco mista putent
tum alia corpora vniuersa, tum vero animantium in primis. Cæterũ ei, qui de his omnibus primũ
pronunciauit, demonstrauitq;, iustũ est, arbitror, reddere, quod inuenit. Ideoq; & nos ea secũdum
Hippocratẽ elementa vocamus: etiã si maxime Chrysippus, Aristotelesúe, aut alius quispiam me
dicus, philosophusúe similiter de ijs sit opinatus. Ergo, qm̃ vnaquæq; animalis particula propriã
actionẽ edit, quæ tm̃ ab aliarũ actionibus differt, quãtum ipsa particula ab alijs, quę illas edunt, est
diuersa, (Differt vero ab alijs particula quæq; eo, q̃ calidior, vel frigidior, vel siccior, vel humidior
sit: aut q̃ binis horũ quibuslibet sit affecta.) qui tueri actionẽ vult, hic tẽperamẽtũ earũ custodiat,
oportet. Custodiet aũt, si id, quod ad calidius est conuersum, refrigerabit: quod ad frigidius incli-
natum est, calfaciet: Pari modo, si, quod ad siccius est alteratum, humectabit: &, quod ad humen-
tius est versum, siccabit: Rursus quoq;, si siccabit pariter ac calfaciet, quod humidũ est redditum,
& frigidũ: siccabit & pariter & refrigerabit, quod humidius simul & calidius euasit: & in reliquis G
duabus coniugationibus ad portionẽ. Semper enim pro eo, qnod exuperat, inducendum eousq;
cõtrarium est, quoad particulam in symmetriam, & naturalem habitum vindicaueris. Ac genere
quidem, eis ægritudinis, quæ in similaribus consistit, iã dicta mihi medẽdi est methodus. Cũ enim
octo earum sint differentiæ, veluti in libris de morborum differentia est traditum, octo nimirum
erunt & medendi rationes, quarum vna (quò medentis consilia diriguntur) curationis meta cõis
est, ipsius similaris corporis alteratio: quando quidem etiam morbus ipse ex intemperie & natura
lis temperamenti alteratione est ortus. At, quæ membratim medicatio agitur, ex his duobus con-
ficitur, nempe materiæ copia, & huius congruo vsu. Ac medicamentorũ quidem copiam tum ex
libro de simplicium medicamentorũ viribus, tum ex ea, quę de eorũ compositione præcipit, me-
thodo haurias, licebit: Eorum, quæ ad victus rationem pertinent, hinc sumimus. Sed &, quemad-
modum cuiusq; mõrbi intemperiem agnoscere oporteat, ex tribus operibus intelligas, primo eo, * μορίου .i. par-
quod de Temperamentis: secundo eo, quod de Partibus afflictis: deinde eo, quod Ars medica in- ticulæ.
scribitur. Non est igit ad ea, quæ nũc ordimur, ijs, qui prudentes natura sunt, ac cogitationẽ in pri-
mis exercitarunt, multis p̃terea opus: cui neutrũ horum adest, huic certe ad præsentem disputatio
nem non parua re est opus. Quòd si in paruæ doctrinæ secta præterea sit altus, hic geminum tps H
requirit, alterum, in quo prauas opiniones dediscat: alterum, in quo melioribus se exerceat.

Quid rationalis curatio intemperiei, quæ in ventriculo est, differat ab Empiricorum curatione. CAP. 4.

SAnè te scimus & ex ijs, quę in vniuersum dicta sunt, particularia p̃ te inuenire posse, & alioqui
multos id genus morbos à nobis percuratos vidisse sic, vt vtraq; ratione particularium tracta-
tionem minus requiras. Sed, qm̃ (vt Plato ait) non possunt, quæ scripta sunt, non è manibus exci-
dere, quò, siqñ liber in alterius nõ exercitatæ rationis manus deuenerit, facilius hũc doceat, adijci
particulariũ quępiam oportet: ex quibus ẽt protinus clare id, quod proxime dixi, intelligetur fieri
posse, † vt p̃ ipsum particularia inuenias. ‡ Siquidem ipse ea per meipsum oĩa inuestigaui, ratio † Antiqui cod. habent ἑαυτῷ τὰ κατὰ μέρος ἐξευρίσκειν. i. vt (ille alter) p̃ se ipsum particularia inueniat.
ne ipsa viam monstrante: qñ, si præceptores secutus fuissem, ipse quoq; ventriculo imbecillis sua-
sissem, vt cibis adstringentibus, & subamaris vterentur: vino quoq; similiter austero: præterea ab-
sinthio, & quod ex mali cotonei conficitur succo, aliisq; eiusmodi, quæ deuorantur, medicamen-
tis. At vero, quod ad ea pertinet, quæ extrinsecus applicantur, primum perfundi ventriculum ex
absinthio & oleo crũdo iussissem: mox hapsum lanæ tum ex ijsdem ipsis, tum vero ex vnguentis
melino, & mastichino, & nardino imponi: ab ijs ceratũ ex ijsdem cõpositum: post alia pharmaca, * ὠμοτριβοῦς. i. ex oliuis immaturis expresso.
vtiq;

A vtiq; ceratis valentiora, quæ à medicis vocantur epithemata. Ea tum ex dictis vnguentis, tum ex
ijs, quæ similem vim obtinent, medicamentis componuntur. In quibus est aromatum quoq; mul
titudo non parua: spica nardi, & amomum, & calamus aromaticus, & iris, & ladanum, & malaba
thri folium, & styrax, & bdellium, & opobalsamum, & bãlsamum, & xylobalsamum, reliquusq;
aromatum catalogus. Quòd si horum nihil profecisset, commune omnium remediũ, quibus im-
becillitas nocet, in fine adhibuissem, nempe rubrificationem, (φοινιγμὸν græce vocãt,) quæ vel per
thapsiam, vel sinapi, vel tale aliquid excitatur: deinde ad vsum aquarum cãlidarum ablegassem.
Quippe vltra hæc Empiricus nihil nouit, veluti commẽtarij eorum docent. Quintus vero ijs, qui
de cruditate, aut inappetentia quererẽtur, primum quidem exercitari suadebat: tum esse, quæ &
concoctu quàm facillima essent, & non multa. quibus hæc nõ contulissent, cogebatur ipse quoq;
ad Empiricorum dogmata confugere. Nam quis nescit, quẽadmodum calidum, frigidum, humi-
dum, & siccum mordere sit solitus, balneatorum esse nomina dictitans? Sine quibus tñ methodo
curare partium imbecillitatẽ omnino non est. Quare per hos nihil obstitit, quo minus ipse quoq;
eadem institissem via in eiusmodi affectibus sanandis. Verum ratio me docuit octo imbecilli ven
triculi curationes. Vidisti igitur & tu quosdam vno die, vel potius hora, frigidæ potione leuatos:
B quorum alijs non aquam modo dedi fontanam recentem, sed etiam, quæ niue esset refrigerata,
veluti Romæ præparare solent, calfaciens scilicet prius: quam ipsi dicoctam appellant. cibos præ
terea ad eundem modum refrigeratos idẽtidem me illis permittere vidisti: in quibus est, & quã
Melcam vocant, vnus is quoq; Romæ laudatorũ ciborum, veluti etiam aphrogala: sed & frigidæ
facultatis fructus, similiter refrigerãs ijsdem dedi, & ptisanam probe coctam, pari ratione refrige
ratam, aliaq; id genus sexcẽta. In quibus vnã rẽ mihi proposui, ipsam scilicet refrigerationẽ. Vetui
aũt absinthium, & quicquid adstringeret, cõtingere: veluti alios rursus à refrigerãtibus abstinui.
Calfeci aũt omni ratione, vinũ vetus ex eorum genere, quæ facultate valde calfaciunt, exhibens:
(cuius maxime generis sunt Falernũ, & Surrentinũ) tum nutrimentũ, quod calfaciendi vim habe
ret, cũ largo pipere. In nõ nullis omne consiliũ curationis ad siccandum direxi: dabamq; ijs tum ci
bos, qui natura essent sicci, ac probe assati: tum prorsus exiguã potionẽ. Iniunxi aũt & adstringen
tium oĩum vsum: quẽ vnum, qui illis citra rationem medentur, norunt. Aliũ vero nõ prídem, qui
iam adeo siccatus fuerat, vt simillimũ habitum præferret ijs, qui marasmo marcescunt, sanaui con
trarijs oĩno exhibitis, ijs, quæ egregij isti medici suaserant. Quippe non ex alia occasione eò perí-
culi venerat, (cũ inter initia exiguã intemperiẽ ex siccitate, quę madefieri postulabat, habuisset) q̃
C q̃ ij, qui eum curandũ susceperunt, tum absinthio potãtes, tum amaros asparagos, & bulbos eden
dos dantes, itemq; mala cotonea, & cestiana, & punica, post quoq;, vbi venter nihil horum conti-
nebat, etiã rhois succũ bibere cogentes, tum, quæ paulo supra dixi, extrinsecus imponẽtes, paulo-
minus omnis madoris expertem reddiderunt. hunc nos sanauimus omni ratione humectantes,
ipsiq; materiam inuenientes ex ea methodo, quæ in opere de medicamentis est tradita.

Quæ ventriculi intemperies citius, ac securius: quæ longo tempore & cum periculo sanentur. CAP. 5.

* αἱρέσεως est in impressis, sed in manuscriptis εὑρέσεως. i. inuentione.

NAm, sicuti in libro de demonstratiua secta dixi, numerosis medicorũ inter se dissidijs vndiq;
confusus, vbi me ad iudicandum de his conuerti, intellexi prius in demonstratiua methodo
exercitandum me esse. Quod cum multis deinceps annis feci sem, singula ipsi dogmata subiecí:
atq; prout inuentorum indicatio me ducebat, ita curationes instituí. Verum, qm̃ id non oẽs saltẽ
possunt, expediet ipsis scribi per octo curandi indicãtiones particularis materiæ comparandæ me
ditationes, à ventriculo rursus sumpto initio, qm̃ huius primum mentionem modo fecimus. Ac
facillimæ quidem ad curandum alterationes sunt, quæ ex calido & frigido consistunt, propterea,
q̃ maxime actiuis qualitatibus corriguntur. Ægrius curantur, quæ in humido siccoq; habentur,
q̃ imbecillis & (vt sic dicã) magis materialibus qualitatibus eorũ curatio perficitur, potissimũq;,
D cum humectandum esse requiritur. Ac tempus quidem caloris frigorisq; reparãdi, par quodam
modo est, securitas tñ impar. Nisi enim cunctæ, quæ ei, quod curatur, circundata sunt corpora, vali
da planè sint, metus est, ne ab ijs, quæ refrigerent, noxam contrahant non leuem. In reliquis dua-
bus qualitatibus securitas similis est. Tempus curationis in sicca intemperie multo amplius: quip
pe, quod senium in sanis est, id sicca intẽperies est in ægris. Itaq; etiam insanabilis est, si prorsus sit
consummata. Est aũt prorsus cõsummata, vbi solida similariũ partiũ substantia reddita est siccior.

De quadruplici corporum curanda siccitate, ac de optimo melle, & lacte, cæterisq; cibis, qui siccatis corporibus conueniunt, eligendis. CAP. 6.

NAm est & altera siccitas, vtiq; cum ea, quorum substantia ex humore concreto constat, sicut
caro & adeps, sunt liquata. Etiam tertia, cum propria humiditas vnde partes nutriuntur,
omnino est absumpta. Continetur ea in omnibus animalis partibus, ceu ros quidam per eas spar-
sus: de qua dictum aliubi sæpe est. Hanc igitur inserere particulis sine nutrimento non est. Ideoq;
difficillima est omnium eiusmodi affectuum curatio. Diuersa ab ijs siccitas est, quæ in propríjs cu-
iusq; particulæ exilibus arterijs venisq; cõsistit. prouenit & hæc ex sanguinis penuria. Omnibus
itaq; his siccitatibus maxime contrarius est austerorum vsus, siue ea cibi sint, siue potiones, siue
etiam medicamenta: quippe quæ, siquid in ijs supereſt naturalis humoris, id absumunt, partim

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ebibentia, partim in sinum ventris per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes par- E
tes trudentia. Curabis igitur ipsas, si meatus, qui contracti sint, dilatauerís: ac quod in vicinas par-
tes trudentia. Curabis igitur ipsas, si meatus, qui contracti sint, dilatauerís: ac quod in vicinas par-
ticulas est compulsum, reuellas: præterea singulas similarium partium propria humiditate, hume
ctantis nutrimenti ope repleas, veluti nos, quem memoravimus à medicis siccatum, curauimus.
Is in ea contrarietate, quæ in frigido & calido consistit, nullam euidenter vincentem habebat in-
temperiem, nec in vniuerso corpore, nec in ventriculo: siccus tamen & gracilis admodum est red-
dutis propterea, quòd ventriculus eius ex sicca intemperie imbecillus male cõcoxerat. Huic nãq;
omne curationis consilium huc tendebat, vt humectaretur tum ventriculus ipse, tum reliquum
omne corpus. Quibus autem singillatim agẽdis, quibusq; maxime materijs sim vsus, vt voti com
pos essem, non sit ab re dicere. Domum ei parauí maxime balneo vicinam, quales multas esse in
diuitum domibus nõ ignoras. Ab hac statim in balneum super linteis mane intuli, vticq; ne, si ipse
se moueret, tum sicearetur, tum ante, quàm cõmodum esset, exolueretur. Horum enim alterum
cõtrarium affectui est: alterum moram in balneo minuit. Longissime nanq; in aqua versari homi-
nem expedit: ideoq; etiam natãtiones vtiliores sunt, quàm parui aluei, quos Pyelus græce vocãt:
atq; ex ipsis natationibus potissimum, quæ propinquæ sunt foras egressui, quò scilicet illi ab aqua
foras non longa sit via. Nam aerem balnei in ijs, qui ita sunt affecti, haud quaquam desideramus. F
Esto autem aqua ad vnguem temperata, cum, quæ frigidior est, latẽter frigus corpori infirmo in-
sinuet: calidior autem cogat constringatq; tenues meatus, ac denset. At nos eos, cum coacti sunt,
remitti, laxari, ac dilatari postulamus: quod temperatissimæ aquæ qualitas præstat, vtpote quæ, iu
cundissima cum sit, naturam ad explicandam se, atq; ad dulcedinem, quam præstat, quoquo ver-
sus extendendam prouocat, contraria videlicet ratione ijs, quæ sunt iniucunda: ab ijs enim rece-
dit, frugitq; ad profundum. Quo minus mirum est ex offendentium contactu stipari, constringi,
ac durari corpora, tenuesq; eorum meatus cogi, ac densari: contraq;, ijs scilicet, quæ iucunda sunt,
succedere contraria, vticq; fundi ac molliri corpora, dilatariq; meatus. Ab eiusmodi lauacro statim
asininum exhibui lac, sed inducta in ipsam, qua iacebat, domum asina. Quippe sic mihi persuase-
ram maxime quidem celeriter hominem sanãdum, si fieri posset, vt ipse asinam sugeret: sin id gra-
uaretur, expedire, vt quàm minimo tempore in aere ambiente lac moraretur propterea, q; celer-
rime mutari sit aptum: vticq; genitalis seminis ritu, quod nec ipsum aliquandiu extra propria vasa,
si modo suas vires seruabit, morari patitur, sed vel in ipsius maris partibus contineri, vel ipsius fœ
minæ partibus situm esse postulat. Et sanè vtilissimum lac est, cum ex ipsis mammillis quis hau-
serit: † veluti Euryphon, & Herodotus, & Prodicus censent: qui tantum in eo ad corpora reficien G
da fiduciam habuerunt, vt etiam, qui phthoe cõtabuerant, ex ipsa mulieris papilla lac sugere iube
rent. Verum cum hoc plurimis non placeat, melius est calens adhuc ex mãmillis id in ægri ventri
culum quàm ocyssime transferre. Ac optimum quidem, vtpote cognatum, muliebre lac est. Sed,
quoniam id exhiberi sibi ceu pueris pleriq; recusant, vticq;, ceu asinis, asininũ ipsis, dari cõueniet.
Id enim reliquis omnibus ad propositum affectum est vtilius: quippe, cum tenuissimum sit, & mi
nime coagulatur, et quoquo uersus ocyssime in corpus digeritur. Eget autem horum vtriusq;, cui
vẽtriculus laborat, vticq; ne coaguletur, communis commodi gratia: (omnibus enim id est incom-
modum) vt quoquo uersus digeratur, propterea, q; & celeriter nutriri est opus, & q; viæ, per quas
alimentum tranlit, iam cõniuent. Igitur tum lac ipsum per se est his dandum, tum etiam mellis te-
pidi pauxillulum immiscendũ. Maxima vero habenda cura est in eiusmodi affectibus de vtriusq;
bonitate. Quod igitur mel colore flauo sit, & odore suaui: tum purum adeo, vt totum pelluceat:
ac gustanti parum acre iucundissimumq;: præterea tàm sibi cohærens, vt, si digito attollatur, con-
tinuum sibi nec intercisum ad humum defluat, id omnium est optimum. Si vero abrumpitur, nec
demissum ad terram vsq; continuitatem seruat, id aut crassius iusto est, aut tenuius, aut anomœo-
meres. Voco autẽ Anomœomeres, (quod sanè & nomen ipsum indicat,) quod ἐξ ἀνομοίων μερῶν, H
id est ex dissimilibus partibus, est compositum. Deprehendas autem id, si diligentius inspicias aut
crassitudines, aut humiditates habere innatantes, quæ nec inter se sint similes, nec etiam toti. Ce-
rosum itaq; magis mel est, quod & crassius est, & cui tales quæpiam crassitudines innatant. Excre
mentosius vero ac perfici concoquiq; difficilius, tum quod totum humidũ est, tum in quo multæ
in partibus sparsæ apparẽt humoris guttæ. Porrò, in quo vel ceræ qualitas aliqua, vel propolis, vel
id genus alia gustu deprehenditur, adeo non est optimum, vt etiã malum sit. Quippe nullam peni
tus alterius cuiusquam rei eminentem in se cõtinere qualitatem debet. Quocirca, quod thymum
planè redolet, nõ probo. Est enim id parũ consummatum, nec planè quodam modo mel. Quanq;
non ignoro à quibusdam id laudari, eoq; fieri, vt nõ nulli venditores incisum thymum illi inijciãt,
quò id redoleat, videaturq; optimum. Ipse tamen, quod tàm improbe thymum olet, non laudo:
multoq; minus, si cui iniectum thymum sit. Quod autem confusam quandam qualitatem odore
gustuue præ se ferat, id non vitupero. Ad eundem modum & lac nullam externam qualitatem
odore gustu ue præ se ferat, sed esto quàm dulcissimum, & sibi ipsi continuum, &, prout lacti con
uenit, splendens: super omnia, quoad eius fieri potest, similes habeto partes. Nanq; hanc dotem,
veluti mel optimum, ad perfectionem non recipit. Quo vero tale lac fiat, & idoneis nutrimentis

alendum

* κολυμβήθρας

* συνεφθαι
† Plures cod. græci habẽt, vt Linacer vertit. sunt tñ qui, Herodotus, & sunt q Prodicus non habent.

A alendum animal est, & exercitationibus mediocribus admouendum, & pullus, si quem lactat, au-
ferendus. Quòd aũt ætatis quoq; maxime florentis esse debeat, id neminem latet. Curandũ item,
vt quàm optime concoquat, contemptis videlicet ijs, qui, si asinis quoq; victus rationem præscri-
bemus, ridebunt. Si enim Veneti, & Prasini studiosi sectatores, equorum stercora, quò intelligãt,
quemadmodum alimenta concoxerint, odorantur, tanquam ex eo omnem eorum bonam habi-
tudinem cogniturí, multo profectò magis nostrum fuerit pro hominis salute nihil tale non prospi-
cere, atque herbas animali, quæ non admodum sint humidæ, fœnumq; & hordeum, quod sit me-
diocre, obijcere: sed nec illa omittere, vt asinæ corpus refrigeremus, & fricemus, & detergamus, &
mundemus. Porrò si humidiora, & olentiora, & flatus plena excreuerit, planum profectò est non
concoxisse probe. Quare aut detrahendum aliquid de alimento est, aut exercitationi aliquid adij-
ciendum, aut qualitates imutandę, aut refrigerationis frictionisq; cura variãda. Sin duriora reddat
animalis aluus, ad contraria est inspiciendum, atq; illorum aliquid immutandum. Nam, si ipse oia,
quæ considerandа circa animal sunt, cuius lacte vsuri sumus, deinceps persequar, totam tuendæ
sanitatis artem commemorem, quam teneat, necesse est, quisquis idoneum lac præparabit: nunc
vero dici opus non est, cum alibi de ea traditum sit absolutissime. Sed ad propositum reuertor. Ac
B mihi iam rursus memoria repetes hominem, qui & lauatus est, & lac sumpsit. Hunc itaq; ad secun-
dam vsq; lauationem quiescere permittemus: tum modice fricabimus, & pinguiter, vtique si lac,
quod sumpsit, iam ad vnguem confecit, id quod tum ex ructu, tum ventriculi mole licebit conij-
cere. Modicum vero temporis inter primam & secundam lauationem interuallum erit, si qua-
tuor, aut quinq; æquinoctialium horarum spatium interfit, scilicet si tertio adhuc lauare paras: sin
aliter, plurium. Sanè tertio lauabis, si multis lauationibus fuit assuetus. Hi nanq; & delectantur, &
iuuantur, si sæpe lauent. Quinetiam post quanq; lauationem hominem vngemus prius, quàm se
vestiat. Quippe conducit ad renutritionem id quoque, sicut & frictio. Reddita vero de horum
omnium facultate ratio est in libris, qui de sanitate tuenda sunt scripti: non tamen inutile fuerit
nunc quoque summatim ea repetisse. Nam, siue cuilibet parti corporis temperatam infundas cali
dam aquam, siue frices, siue aliter quomodocunq; calfacias, idem fieri cernes, quod Hippocrates
de ijs dixit, quibus aqua calida desuper infunditur. Nam primum attollitur, mox gracile efficitur.
Ideoq;, vbi carne implere quodlibet corpus studemus, id eatenus calfaciendum nobis est, dum in-
tumescat. Vbi vero digerere, & vacuare cupimus, eatenus continuandum est, dum, quod prius
intumuit, subsidat. Sanè, qui eiusmodi operibus præficitur, solicite attentus esse debebit, potíssi-
C mumq; vbi carne implere studetur. Nam digerendi certe tempus adeo late patet, vt, etiam si ve-
lis, in eo non aberres. At carne implendi planè præceps est occasio. Siquidem, cum primum intu-
muerit, tum est desistendum. At intumescere hoc, singulis corporibus suum est. Non enim fieri
potest, vt, qui nunc nobis propositus gracilis est, ita itumescat, vt illi, qui sani sunt: immo, postquã
leuiter intumuit, protinus digeritur. Itaq; attendendum diligenter est, ne clam te elabatur propo-
situs temporis articulus. Siue igitur hominem, qui extrema gracilitate est, perfrices, sufficiat tibi
solus rubor: siue laues, satis esto mediocris calor. Si quid vltra peragas, resolues hominem magis,
quàm nutries. Vngendum vero post lauationem oleo est, ne videlicet plus iusto digeratur, sed
obstruantur exigua cutis spiramenta. idem protinus & siccitatis remedium fuerit: & aduersus in-
commodum, quod ab aere ambiente contingit, veluti munimentum. Ac, si quidem delectatur la-
cte, post secundam quoq; lauationem id exhibebis: sin aliter, ptisanam diligenter coctam, aut ali-
cam ptisanæ ritu præparatam. Hinc, vbi rursus quieuerit, ad tertiam reducendus lauationem est,
aut ilico ad cœnam. Sit autem præparatus illi panis purus, & qui curiose in furno sit coctus, &
tum fermenti, tum salis, quod satis est, habuerit. Obsonium quoque ex saxatilibus piscibus, aut ex
albo iure asellus. Præterea alæ testesq; gallinacei, qui lacte sit altus, idonei sunt. Quorum si copia
D non est, alijs vtendum. Ad eundem modum & perdicibus, & pasſerculis, qui montani sint &
mollis carnis, vescendum. Vitanda autem, & quę paluſtria sunt, & quę carne sunt dura. Et (vt pau
cis alimenti summam complectar) sit coctu facile, & nutriens, minimeq; glutinosum, atque excre
mentosum. Porrò omnium, quos nouimus, ciborum maxime nutriens suilla caro est. Verum non
æque, ac prædicta, concoctu facilis est: præterea glutinosum succũ crassumq; generat. Alioquí nec
alio esse habitu potest, quod in summo sit nutriens. Quippe adhærere id debet, & firmiter affigi,
non autem prę tenuitate diffluere. Non tamen ad propositum affectum vti hac cõuenit. Si enim
nutrimentum ipsum seipsum cõcoqueret, ac in partes digereret, pręterea alendis partibus assimi-
laret, &, quibus alimẽto plurimo est opus, adhęresceret, proculdubio maxime nutriente cibo esset
opus. Verum, quoniam non aliud est, quod nutrimentum desiderat, aliud quod ipsum conficit,
sed, quod nutriendum est, ipsum sibi & nutrimentum attrahit, & mutat, & concoquit, & adiũgit,
& assimilat, ad duo nimirum nobis in opportuno cibo eligendo spectandum esse dictat, vnum ip-
sius cibi naturã, alterum vires suas proprias insitasq;. Itaq; ex his illud patet, nec planè, quod maxi
me nutriat, optimũ esse ijs corporibus, quæ refici magis egent, vtpote quibus concoquendi facili-
tas non est: nec ẽt, quod facillimum concoctu est, cũ scilicet ipsum nequeat maxime esse nutriens.
Cum igitur hæ indicationes ex aduerso pugnent, committendum non est, vt, dum † alteri nimium

sis

* Αγ. ἀγρίοις. i. agrestibus.
* σρουθοῖς. i. auiculis. Nam σρουθὸς genus est ad auiculas oẽs montanas. Ψάττας sũt passeres: libro. 4. &. 5. historiæ animalium.

† ἑτέρου τῆς ἀκρότητος. i. alteri⁹ excessui.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

sis intentus, alterius omnino obliuiscaris, sed vtriusq; memor, quoad licet, vtrunq; misceas: quod E
mihi præceptum vbiq; memoria teneri velim. Iam vini tum qualitatem, tum quantitatem memoremus, vtpote quod maximam ad talia vim habeat: qñ vno hoc in potu vtendum cẽseo oĩbus, quibus refici corpus est opus, modo non febricitent. Esto igitur vinum (quod exempli loco dicaĩ) quale est Sabinũ in Italia, Arsiniũm vero in Asia, ac (vt summa quadã ac generatim cõprehẽdam,) quod aquosum quidẽ alioqui est, cæterũ leuiter adstrigit. Aquosum natura appello vinũ, † ξ quod tenue est, } & purũ, & Oligophoron, vt Hippocrates græce nominauit. Est autem Oligophoron, quod, si diluaĩ, minimã sustinet aquę mistionẽ. Id est sanè imbecillissimũ, &, vt in vinis, aquosissimũ. Nã, quod plurimũ aquæ in mistura sustinet, id tum vehemẽtissimũ, tum validissimũ est. Eiusmodi vinũ Hippocrates Oenωdes, hoc est (vt verbi vim exprimã) vinosum, nominat. Verum ab hoc cauendũ est, qñ imbecillas vires feriat. At, quod aquosum natura est, cęterum austerũ, id percõmodum est, ꝙ & ab aquæ imbecillitate recessit, & vini noxã nondum habet. Ad hæc itaq; respiciens, tum ætatem eius, tum tẽperamentũ inuenias. Quippe, quod nouellum est, id tum aquosius, tum vero imbecillius quodãmodo est, q̃p vt vino conueniat. Adde ẽt, ꝙ ægrius concoquit, ac magis excrementosum est. Antiquius vero, vt vinosius est, ita vehementius est, q̃ vt propositis sit ex vsu. Quocirca citius sexto anno nobile Sabinum idoneum non est, ꝙ & diutissime i stomacho, ac F
ventriculo innatet, & fluctuationes faciat. Nobile voco, quod austerũ est, non Sabinum modo, ve rũetiam Adrianũ, & Albanum, & Arsinium, & Titacazenum, omniaq; id genus. Dictum nanq; fusius de oĩbus vinis seorsum est. Ad has igitur, veluti metas, respiciẽs, ẽt misturam eius cum aqua temperabis. Quinetiam exactius coniecturam de iam dictis facies, si vitiorum aquæ capita memoria tenueris. Porrò pendent ea ex frigiditate eius omnia: cuius culpa & in præcordijs diutissime moratur, & fluctuationes excitat, & in flatum mutatur, & corrumpitur, & ita ventriculi resoluit robur, sic, vt deterius proinde concoquat: sed nec digerendo per corpus alimento aliquid magnopere conducit. At vero memoratorum vinorum virtutes comprehensis iam aquæ vitijs aduersam quodammodo naturam habent, cum nec inflent præcordia, immo si inflata sint, sublidere faciant: nec inibi moram trahant, propter caloris mediocritatem. Adde, ꝙ, cum digestionis vias aperiant, & pariter impellant, ac nutrimentum sursum agant, ad celeritatem deductionis in corpus conducunt. Sunt præterea boni succi, & ad miscẽnda concoquendaq; ea, quæ in ventriculo & venis sunt, idonea. Iam vires quoque organorum adaugent, & expellendis excrementis viam faciunt. Eoq; fit, vt etiam talia vina præter cætera vrinas moueant. quando & ipsa totum corpus celeriter transeunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt. Ac dictum quidem alibi diligentius est de vinorum facultate æque, ac ciborum. Conuenitq;, vt, qui artem methodo tradi sibi G
studet, omnis materiæ vires prius prędidicerit, nec expectet, vt eas i singulis affectibus audiat, sed, simul ac curationis tantum speciem norit, debitam victus rationem inuenire possit. Ego vero ijs consulens, qui veritatis discendæ sunt auidi, eiusmodi doctrinam attingere saltem non grauabor: quò scilicet, qui minus exercitata cogitatione sunt, exemplis à generalibus ad particularia, veluti manuducti, descendant. Ergo, quod reliquum est, apponendum. Potionis is modus erit, vt nec in ventriculo innatet, nec fluctuationis vllius sensum inuehat. Ciborum vero, potissimum si fieri potest, vt ne grauent quidem ipsum. Quod cum difficile sit, vel fortasse eiusmodi, quod vitari in imbecillo ventriculo omnino nequeat, proximum est, vt quàm citissime grauis esse desinat. Ab hoc tensio inflatioq; præcordiorum vitandæ ijs sunt. Quòd si tale quippiam primo die inciderit, pro magnitudine symptomatis ad portionem detrahendum postridie de cibo est: sin recte omnia cedunt, paululum adijciendum. Ad eundem modum & in tertio die vel demere, vel adijcere conueniet cum præcedente conferentibus. Atque ita semper omnia pro renutriendi reficiendiq; ratione, frictionibus, gestationibus, inambulationibus, prout corporis incremẽtum procedit, administrare, etiam reliqua oĩa pro refectoria vocata ratione adijcientibus. Quæ sanè genere à proposi- H
ta ratione non differt, sed in eo, ꝙ sub illa perinde totum corpus est affectum, sicuti sub hac ventriculus. Accidit autem sic affici corpus in diuturnis potissimum morbis, vtiq; cum natiua cuiusque partis humiditas, ex qua prima nutritur, propemodum omnis exhausta iam est. nam, vt solidarum ipsarum siccitas corrigaĩ, id fieri oĩno non potest, sicuti nec senium: veluti in libro de marasmo docuimus. hanc vero humiditatem, ẽt si oĩno sit absumpta, regigni modo dicta victus ratione licet. Atq; in alijs refectionibus ventriculus egregie præ cæteris non afficitur: in proposito autẽ affectu morbus est ipsius ventriculi, tempore vero totũ corpus, vtpote parum probe nutritum, macescit. Quo rationabilius est exquisitiorem hos victus rationem requirere, propter concoctionis imbecillitatem. Cæterum, cum meliores sunt effecti, transferendi sensim sunt ad renutritoriam refectoriamq; vocatam victus rationem: Analepticen Græci vocant. Id fiet, si pluribus, & frictionibus, & gestationibus, quàm ante, vtemur. Mutanda vero interea est & ciborum tum qualitas, tum quantitas sic, vt tum plures, tum valentiores, quàm prius, exhibeantur. Ac tempore procedente, cum ad sanitatis statum prope ventum iam est, seponenda sunt ptisana, & lac: præterea sorbitio ex alica: ac ad consuetos cibos veniendum. post etiam pisces detrahendi, nisi si in consuetudine fuerunt, ac volatilibus cibandum: tũ suillas carnes esse à pedibus in ptisana elixis incipient: post vero

etiam

* Al. arsyinũ.
† Antiq legũt τὸν λεπτὸν, καὶ λευκὸν καὶ λαμπρόν. i. qđ tenue est & album & splendidum.

* μεταχερασινοί. i. contemperanda.

A etiam imum crus recte sumant: ab hoc etiam reliquas partes: primum quidẽ iuuenis porcelli: qui, si hyems sit, etiam pridie iuguletur. Nam hesternum, quàm recens necatum, facilius concoquitur. Æstate sat fuerit, si mane immolatus porcellus sit, ac circa Solis occasum comedatur. Quippe, quod in superioribus suasimus, cum valentius alimentum vesperi exhibendum censuimus, id semper obseruare studebimus, vtiq; non leue percepturis commodum ijs, qui ita cibabuntur: quod sanè diligentius inspiciens agnosces. Satius enim est à principio rem cœpisse. Quoniam, qui ita se habent, plurimo nutrimento indigent, nequeunt autem, vel quod mediocre est, concoquere, paulatim hos & sæpius cibare melius fuerit. Atq; idcirco fieri non potest, vt semel eos cibasse sit satis, sed nec bis, quoad scilicet sunt gracillimi. Atq; hac de causa ipse ter eos cibare sum solitus. Verum, qñ iam manifeste meliores facti apparent, etiam bis nutriuisse sit satis. Ergo tantam exhiberi primam cibationem est rationabile, quanta prius, quàm secunda sumatur, tota prorsus erit concocta. Id cõtingere valentiori alimento non potest. Quare primo loco leue sumendum his est, quò videlicet concoquatur celerrime, & excrementum eius discedat, & vacuus purusq; ventriculus secundum excipiat. At, qñ non solum quies, & somnus, sed etiam longius tempus huius naturalem administrationem excipiat, rationabile est, vt valentiores ciborum hoc maxime tempore offerantur. Itaq;
B etiam athletæ omnes sic faciunt: qui eum vsum non solũ aliqua ratione inuenerunt, sed etiam longa experientia comprobarũt. Sed enim, & quod illi faciunt, nihil mali sit, si ij, qui cõualescentium victu vtuntur, etiam faciant, vt illico post cœnam non bibant, videlicet ante, quàm cibus fuerit cõcoctus. Siquidem innatant cibi, si bibant, ita, vt eos ventriculi corpus propter iterpositum humorem non contingat. Verum, si sitibundi fuerint, prohibere eos in totum vt graue est, ita nec expediens: sed tantillum indulgẽdum, quod & molestiam soletur, & sitim leuet. Postea vero, quàm nutrimentum concoxerint, abunde bibere sunt sinendi. Quippe celerrime, si ita faciant, per corpus digeritur. Mane vero post somnum, cum deiecerint, & paulum inambulauerint, modice sunt fricandi. Est autem modica his frictio, quæ eatenus administratur, dum corpus incaleat: mox gestationibus vtendum: dein rursus tum lauandi sunt, tum fricandi, idq; intra meridiem, aut plane circa ipsum meridiem: quò videlicet inde ad vesperam abunde spatium interueniat. Quòd autem & de domibus, in quibus conualescens nutritur, habenda in primis cura sit, potissimum, ne frigidiores calidiores úe iusto sint, superuacuum dicere arbitror: pari modo & de alijs eius generis, quæ inuenire sibi quisque sine nostra opera potest, doctus videlicet non solum ex his, quæ hic, sed etiam quæ in opere de sanitate tuẽda sunt dicta. Est nanq; conualescentium victus ratio media quædam
C inter eam, quæ sanorum propria est, & quæ ægrotantium. Quare difficile non est ex ijs, quæ de vtraq; sunt prodita, vt per seipsum quis mediam inueniat. Nam, sicut nec aliarum rerum, ita nec victus vna omnibus species in consuetudine est: cum alijs semel esse, alijs bis: & alijs citius, alijs ad vesperam incepisse cibum, moris sit. Iam cibus ipse alijs piscis plurimum est, aut deniq; aliquid ex mari: alijs olera magis, aut deniq; hortensia: alijs põma: alijs legumina: alijs nũces: alijs aliud quippiam: alij quadrupedum carnes, atq; harum alijs aliæ: alijs auium, idq; alijs aliarum. Quinetiam cæseo & lacte vtuntur non nulli plus, quàm cæteris cibis, generaliter quidem caprarum, vel boum. sunt tamen, qui & aliorum animalium. Bibunt quoq; alij calidum, alij frigidum: & vinum vel liberaliter, vel parcius, vel omnino nullum: vel hoc genus, vel illud. Ad ea igitur reducendus quisq; est, quibus insueuit. Scriptum autem diligentius de consuetudine seorsum est. Nunc illud dixisse abunde sit, non modo in conualescentium victus ratione, sed etiam in morbis magnam partem ad tõtius victus {medicãmentorumq;} inuentionem ex consuetudine sumi. Ratio.n. totum genus indicare potest. Materia cum ex alijs, quæ retuli, tum vero ex consuetudine non minime est sumenda. Sed & naturarum inspiciendæ sunt proprietates. Noui enim quosdam, qui, si quod vigilantium opus nocte obire fuissent coacti, dormire præterea non poterant. Talibus igitur, vt no-
D ctu bibant, consulendum non est: ne videlicet ea occasione vigilare coacti, maximam inde noxam sentiant. Siccat nanq; totum corporis habitum vigilia, eoq; infestissima est ijs, qui ex siccitate laborant. Sunt, & qui, si ptisanam gustent, protinus nauseent: eadem in quibusdam facile acescit. Esse vero aliquos, qui facile carnem bubulam concoquant, iam vnum ex publice iactatis est: præterea alios esse, qui ad alios cibos potusq; recte se aut non recte habeant. Non solum autem ex his materiæ, quæ ad victum pertinet, copia suggeritur, sed etiam ex regione & tempore. Scriptaq; iam hæc sunt à multis, qui me præcesserunt: quo minus ipse istis insisto: qui ideo tantum ea commoro, nequid videlicet sit omissum. Quod vero ab omnibus iunioribus medicis est omissum, id persequar: nempe quemadmodum affectus corporum methodo curentur. eam methodum veteres (vt ante dixi) probe inchoarunt, nemo tamen eorum ipsam absoluit. Verum rursus ad proposituм redeundum. Siccæ intemperies, vbi solida ipsa corpora contigerunt, si quidem in vna quapiam parte consistant, veluti nunc in ventriculo propositum est, nunquam ad perfectionem sanabuntur, nec in eum statum, qui ante morbum fuit, reuertentur. Sed, quod dici in consuetudine vulgo solet, re scilicet ipsa edocto, id talibus maxime intemperantijs accidit, morbum ventriculum afflixisse, & in reliquam vitã imbecillũ reddidisse. Quippe senum ij ventriculum obtinent prius, q̃ consenuerint: quo fit, vt facile ex leuibus lædantur causis, pinde ac senes, nec probe cõcoquere

* ὀπωρόα, idest fructꝰ autumnales.
* ἀκρόδρυα.

* ὕλης. i. materiæ.
* Non est in antiquis.
* ἐκλεξιν.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quere possint: quo euenit, vt ẽt totum his corpus deterius se habeat. Ad eundem modum, et si alia E
quauis afficiant parte. Quòd si ipso ẽt corde sint affecti, celeriter aresc unt. vocatq; ariditatem siue
marasmũ eiusmodi Philippus ex morbo senium. Is igit marasmus breui mortem affert: Proxime
huic, qui ab iecinore est inceptus: Mox, qui à ventriculo: Qui ab alijs particulis ortum habet, tãto
sanè tardius, quanto quælibet harum minoris est præstantiæ, q̃ illæ. Si vero leuiter cordis corpus
siccatum sit, senescunt quidem celeriter, cæterũ plures annos trahunt, q̃ qui vehementer sunt læsi.
Ad eundem modum in iecinore & ventriculo, ceu dictum est: ac in reliquis oibus ad portionem.
Cæterum victus ratio eadem genere est tum in hac siccitate, tum in illa, quæ solam eam humidita-
tem absumit, quæ solidas nutrit: præterea etiam in tertia, quam supra memorauimus, siccitate. Fa-
cillima vero oium sanatu quarta est, in qua venæ succo sunt inanitæ. Immo hic affectus, vt frigidi-
tas potius, habitus, curatur, quã vt siccitas: vel (vt clarius loquar) frigiditatis respectus i hac siccita
te exuperat, periculumq; in ea vertitur: Siccitas secundum locum obtinet, habetq; proinde sana-
tionem tum expromptã, tum celerrimam. Siquidem, si biduo quis victus rationem his caute exhi
beat, modice calfaciens, & tutò nutriens, statim in tertio pleniorem victum citra noxam admittũt:
multoq; id magis in quarto & quinto. Atq; hoc sanè erat, quod Hippocrates præcepit: Quæ lon- »
go spatio extenuata corpora sunt, ea segniter reficere oportet, quæ breui, breuius. F »

Ratio curandi frigidam & siccam intemperiem ventriculi. CAP. 7.

SCire autẽ licet solidorũ corporum siccitatibus, si perdurent, succedere necessario frigiditatem.
Quippe permanere siccitas ipsa per se non mutata oppositione, quæ ex calido & frigido con-
sistit, non põt. Celerrime.n. ex nutriendi defectu refrigerantur partes, propterea scilicet, q̃ ex cali-
do succo sanguinis nutriuntur. Sed, quod inter initia dictũ est, nunc siccitatis curationem executi
sumus, & quæ ab initio sola est contracta, & quam nulla diutissime secuta est notabilis frigiditas.
Ergo proximum fuerit frigiditatem illi copulare, quæ euidentes quidem habeat notas, cæterum
magna non sit. Est itaq; curationis consilium non simplex, vt prius: cum non modo tibi, vt hume-
ctes, danda sit opera, sed ẽt vt calefacias. Quare intẽdendum acriter est ad præsidiorum materiam,
necubi imprudentes, ijs, quę humectant, ea, quæ nimium calefaciant, adiungamus: quippe his ve-
hementer siccandi vis subest. Iam vero quantitas noxæ in vtraq; intemperie ad materię inuentio-
nem potest viam ostendere: vt iamiam maximę quidem siccitatis sanationẽ modo perscripsimus.
Modicæ vero adeo scrupulosa victus ratione non indigent: quandoquidem nec vires ipsis fundi-
tus sunt collapsæ. Etenim nulla alia de causa difficilis redditur validæ siccitatis in corpore cõmoda
curatio, q̃ q̃ refici quidem corpus postulat: cibus vero per se coalescere cum eo non potest, sed G
eius, quod nutritur, operam, qua præparetur, requirit, quod est imbecillum. Ergo, cum id modice
siccum fuerit propterea, q̃ vires nõ penitus conciderunt, vberius cibare licet: nec metus est vllus,
ne à modo aberres. Quo magis ipsi de difficillima intemperie disserere instituimus: ac in ea, veluti
exemplo, studiosos exercuimus. Hinc nanq; orsi ipsimet, ad mediocres siccitates corrigendas ido-
neam materiam inuenient. Proponatur autem & nunc siccitas quidem similis priori, copuleturq;
ei frigiditas: Ergo calefacientis materiæ admiscendum iam dictis tantum erit, quantum particula
ad frigus inclinauit. Proponamus igitur eam primum modice refrigeratam: Ergo ijs, quæ paulo
ante retulimus, in lactis quidẽ vsu mel vberius adijcietur. Vinum vero, quod quidẽ ad genus spe-
ctat, idem, cęterũ quod minus aquosum, q̃ prius, & plurium annorum sit, dabimus. Quinetiã escu
lenta oia calidiora exhibebimus, idq; non naturalibus modo ipsorũ temperamẽtis, verũetiam re-
centibus {ex igni} qualitatibus. Nardino præterea vnguento vngendus assidue venter est sic, vt
nunq; remaneat siccus. Sin id vnguentum non adsit, mastichinum satisfecerit: sed & opobalsamo
eum perungas, tum ipso per se, tum vero cum iam dictis misto. Quòd si corpori ea magis adhæ-
rere studebis, etiam ceræ aliquid admiscebis. Si vero etiam aer ambiens sit frigidus, lanam ex his
imbutam impones. Quinetiam chiam mastichen in opobalsamo aut nardino vnguento liquans, H
lanam inde madentem ventriculo impones. Sanè vtilius fuerit, si, quod madefacies, etiam optima
sit purpura, qualis est Tyria: † {quãdo & adstringi ipsum modice, & cutis eius meatus obstrui ex-
pedit.} Siquidem, quæ rarum habitum faciunt, & relaxant, ea tum digerunt succos, tum particu-
las frigidis extrinsecus aduenientibus obnoxias reddunt. Quæ vero valenter adstringunt, ea sic-
cant. Quo fit, vt medicamentum, quod eiusmodi corpora excalfaciat, id nec euocantem vim habe
re expediat, nec adstrictoriam multam sibi immistam. Memineris enim, velim, tum eorum, quę in
ægris es contemplatus, tum quæ in opere de medicamentis es edoctus, nempe acerbam qualita-
tem sua quidem ipsius virtute & refrigerare & siccare: quòd sicui valide calfaciẽtium sit admista,
quod ex ambobus compositum est, minus quidem in calfaciendi munere efficere, q̃ alterũ: siccan-
do vero non minus, q̃ vtrunque. Maxime contraria faciunt ijs, quæ præcepimus, nostri temporis
medici, qui siccæ parti, & quæ nutrimento male fruitur, compositum sæpe medicamentum ex ca-
lida & acerba materia imponunt. Est aũt eorum, quæ *σφυφὰ* græce dicuntur, {nos inopia cõmo-
dioris vocabuli acerba diximus,} nullũ profectò modice adstringẽs, ideoq; nec modice siccans:
quo videlicet magis prohibẽda ea in iam dictis affectibus sunt. At vero, si cum siccitatis intẽperie
multa frigiditas sit, sic, vt fortius calfacere subigat, oium primũ intẽperamẽti genus ad memoriam

† codices græci ĩpresi hñt, vt Linacer vertit. q̃q̃ antiqui ad Tyriã referunt. ita. n. hñt. στύφει τε γὰρ μετρίως αὐτὴ, ἐμπλάττει τε τοὺ σέρματος τοὺς πόρους. i. ea enĩ modice adstringit, cutisq; meatꝰ obstruit. vtraque tamẽ lectio bona est.

* codices ĩpressi & pleriq; etiã manuscripti habẽt, vt Linacer vertit. Sũt tñ, q habeãt ψύχον, idest refrigerans.

A reuocabis, quippe quod oium grauissimum esse ostendimus. Quocirca ad corrigendum quoque
esse difficillimum, multaq; solicitudine egere, id minime est ignorãdũ. Incipere vero simili modo
à cõprehensis prius materijs tentabis, sperans scilicet fore, vt longiore tẽpore per tutiores sanetur
affectus. Sunt porrò tutiores hæ, (nam repetere ea, quæ sunt tàm necessaria, est satius.) In nardino
vnguento solues mastichen chiam q̃ pinguissimã, ac purpura excipiens veteris. Eritq; vtilius, mo-
do copia eius sit, si opobalsamũ adieceris. Dãdũ ẽterea vberius cũ lacte mel est, sed detracta prius
spuma, quò & minus sit excrementosum, & magis nutriat. Quinetiã mel ipsum despũmatum, per
se optimũ nutrimẽtum frigido ventriculo est, ita, vt calido aduersissimũ. Atq; hęc ambo meminis-
se in primis oportet, vtiq; plurimis medicis ignota. Ac neq; aliquid in frigido corpore melle ma-
gis expetendũ, neq; in calido magis respuendũ. Ergo plurimũ huic affectui pro nutrimento mel
optimũ esto, sed quod prius super prunas ex quercu vite'ue ad summũ candentes, fuerit decoctũ,
ac curiose despumatũ. Vinũ aũt eligendum semper est antiquũ: eoq; antiquius, quo maior fuerit
frigiditas. Tũ, si res postulabit, totũ genus immutandũ: ac primo loco Adrianũ, mox Tyburtinũ,
aliud'ue similis generis eligendum: vetera quidem oia, cæterum non adeo, vt amara iam sint. Sic-
cant. n. quæ amara sunt, immodice. Sanè optimum medicamẽtum talibus oibus sit, quo picatores
B quotidie vtunt. ergo illinire eo totũ ventrem conueniet, ac post auellí prius, q̃ refrigeretur. Atque
hoc, si bis vno die deinceps feceris, abunde erit, sæpius aũt nõ expedit: qñ ita, per halitum digeras,
non sanguine bono particulam impleas. At nos ex propinquis locis attrahere, non id, quod con-
tinetur, educere studemus. Idem oibus particulis, quæ ex nutrimento fructum nõ sentiunt, (atro-
phusas Græci vocant) mirificum medicamen est, siquis eo moderate sciat vti. Sed & calfacere ven
triculum ita, vt in qualitate calorem eius non intendas, sed quàm maxime naturale eius tempera-
mẽtum tuearis, ac substantiam inaugeas, id ex leuissimis in eiusmodi affectu consilijs non est. Ef-
ficit hoc in victu simul cum ijs, quæ iam dicta sunt, maxime vinum. Ex ijs vero, quę ventri extrin-
secus applicantur, boni habitus puellus vnà sic accubans, vt semper abdomen eius cõtingat. Sũt,
qui catellos pingues in hunc vsum habeant, neq; id in aduersa modo valetudine, verumetiam in
prospera. tales itaq; ijs, qui propter siccitatem quoq; solam imbecillum ventriculum habent, sunt
idonei. Seruandumq; ante oia est, ne puellus humecta sit cute: qui. n. noctu sudore perfundũtur,
refrigerant potius, q̃ calefaciant. Nocent præterea tali affectui & calida fomenta: quæ quidẽ sicca
sunt, eo, q̃ rorem similarium corporum depascunt: quę humida sunt, q̃ hunc digerũt, potissimum
vbi largius his vtimur: præterea q̃ nimis rarum frigoriq; opportunum corpus efficiunt. Ac de hac
C intemperantiarum coniugatione hactenus sit satis.

De curanda Ventriculi siccitate, cui caliditas iuncta sit. CAP. 8.

AB hinc multæ, vt propositum est, siccitati iuncta caliditas esto non admodum multa. In eius-
modi intemperie primum curationis modum seruabimus, sed vini vim, mellisq; copiam di-
minuentes, non solũ non augentes, ita, vt mel prorsus nõ degustetur, vinũ vero exhibeatur, quod
minime sit antiquum. Iam cibos apponemus † {sub lactis tepore,} sed si æstas est, † {sub aquę fon-
tanæ frigore.} Sed & ventriculum vngemus oleo tum crudo, tum melino. Ac multo sane magis,
si plusc ula caliditas sit, ipsum vinũ tum aquosius exhibemus, tũ sub eo frigore, quod fontis aqua p
medium ver exhibet, illud nobis persuadentes, eiusmodi affectum febri proportione respondere.
Quippe, quod illa vel in toto animali vel in corde est, id propositus nunc affectus in ventriculo
est. Atq; ipse scio me vnà cum præceptoribus primum omnium vidisse hominem quendam ma-
turæ ætatis non paucos iam menses vexatum: sed nec eorum quisquam affectum eius intellexit,
nec etiam ipse: postea vero, cum iam medendi {eius affectus} methodum inuenissem, venit mihi
in mentem hunc vtiq; illum esse affectum, quem olim fueram cõtemplatus. Melius autem est rem
etiam exponam: quippe vtilis omnino erit ijs, qui audierint, non secus, ac fuit mihi. Homo erat
D quadraginta annos natus: medio, dum valebat, crassitudinis, & gracilitatis habitu. Is siti vehemen
ter affligebatur, ac calidam auersari se dicebat, cum illi frigidam nemo daret, tametsi hanc impense
flagitabat: febricitare tamen medicis non videbatur. & ventriculus, quæ sumpserat, tribus aut
quatuor horis post euomebat simul cum potione. Itaq; gracilis iam effectus erat, ac periculo pro-
pinquus, minime videlicet adiutus ab austeris acerbisq; tum cibis, tum medicamentis. Sumebat
vero & post cibum, austerum vinum is homo, cum nec vltra sitim toleraret, ac (vt aiebat) mori
mallet, q̃ in cruciatu viuere: aquam frigidam simul multam super cibum hauriens, protinus sitire
destitit, paulo vero post plurimum {eius} euomuit. Ab hinc horrorem in toto corpore sensit, plu-
raq; operimenta popposcit, cum prius oia abijceret. tunc igitur reliquum totum diem, quo id fecit,
noctemq; totam in quiete egit, cooperimentis se fouens. Venter vero circa mediam noctem se-
mel excreuit, quę mediocriter erant coacta. Itaq; nec siticulosus ẽterea erat. Postero aũt die tum
coloratior multo, tum firmior est effectus. Ac deliberabant iam medici, an hominem lauare expe-
diret, alij quidem suadentes, alij dissuadentes. vicit autẽ sententia eorum, qui lauare suaserũt. Itaq;
etiam lauatus citra offensam est, ac modice cibatus. tum melius ei, q̃ pridie, venter concoxit. Que-
etiam lauatus aũt est, q̃ difficulter transglutiret. visumq; omnibus est propter vomitum, qui præter consue-
tudinem inciderat, vellicatam illi gũlam fuisse, ac proinde male habere. Cęterum, vt ẽt securis die-

† tepẽtes, quos medici γαλακτώδη. i. lacteos vocare consueuerũt. Sic legit in exemplaribꝰ græcis.

† quos vocant κρηναίους, idest fontanos.

* σόμαχον græce legitur.

Universidad del Rosario
Archivo Histórico

bus ſymptoma permanſit, conſtabat nobis omnibus ventriculi imbecillitatem eſſe ſanatam, gu- E
lam aũt eſſe perfrigeratam. Nec ſanè mirandum erat, ſicut potione illa, quod immodice calfactum
erat, ad mediocritatem eſt reuerſum, ſic, quod mediocriter calebat, fuiſſe refrigeratum. Cæterum
gulam eius nemo potuit ſanare: ſed vitio in vitium mutato, tandẽ mortuus eſt. Alium vero huic
ſimilem non paucis annis poſt vidi, cum omnem ventriculi intemperiem diſcernere iam poſſem.
Viſum igitur eſt mihi ſtatim maiore conatu refrigerandum eſſe prius, quàm homo magis extenua
tus ſimile quippiam priori ex refrigeratione pateretur. Tutius igitur viſum eſt primum refrige-
rantia medicamenta, quæ præcordijs imponuntur, experiri. Quo facto, æſtus ſanè ventriculi eſt
remiſſus, cæterum homo ſuſpiranti ſimiliter reſpirabat, tanquam ægre totum thoracem moueret.
Quin ipſe quoq; interrogatus, talem quampiam ſentire ſe offenſam fatebatur. Aduerti itaque illi
tranſuerſum ſeptum refrigeratum eſſe: proindeq; abiectis refrigeratorijs, foui locum oleo calido.
Cum autem reſpiratio ſtatim naturalem motus ſui ordinem recepiſſet, à fouendo deſtiti: ſtatui aũt
hominem longiore ſpatio moderate refrigerare. Ergo, & quæ extrinſecus applicui, ſtra magis im-
poſui à ſepto vmbilicum verſus recedens: & cibum potionemq; omnem (excepto lacte) ſub fon-
tanæ aquæ frigiditate exhibui. Atq; ita longiore ſpatio ſanatus eſt, nuſquam alibi offenſus. Sciri ta
mẽ illud ante oĩa debebit, vbi valide in ambabus qualitatibus immutata quæuis particula eſt, om- F
nem eius actionem perire, nec facile, quod ſic eſt affectum, ad ſuam naturam reuerti poſſe. Vbi ve
ro altera tantum qualitas pluſculum immutata eſt (veluti nunc ſiccitatem finximus) reliquarum
aliqua mediocriter ſe habet, vtiq;, qui ita affectus eſt, ſanari poteſt.

De caliditate ventriculi curanda, cui humiditas vel ſiccitas coniungantur. CAP. 9.

PRoponamus itaq; rurſus exuperare intemperiem calidã, huic aũt adiunctam eſſe modo hu-
miditatẽ, modo ſiccitatem, ſed mediocrem vtranq;: ac prius humiditatem. Hãc intemperiem
minore metu aqua frigida curabimus: qñ minime ex ea lædentur vicinæ partes, quæ mediocriter
ſe habeant. Nam in ſiccis affectibus neceſſe eſt nõ ea mõ, q̃ proxima ſunt, ſed ẽt totũ corpus gracilius reddi. Ventriculo aũt ipſo nondũ ſiccato, vt nunc eſt propoſitũ, nec totũ attenuatum eſſe cor-
pus põt: quare nec frigidę potu lędi. Sicubi vero adeo vehemens caloris intẽperies ventriculum
occupet, vt vſq; ad cor ipſum perueniat, febricitare hoiem neceſſe eſt. Quo minus mirũ eſt, ſi eiuſ-
modi intẽperiẽ maius periculũ inſequi, ſanatio tñ genere eadem eſt. tradeẽ autẽ poſtea, vbi de fe-
briũ curatione diſſeret. Qui aũt cum ſiccitate coniunctus calor eſt, eadẽ gñe remedia poſcit, cæ-
terum non adeo ſecurus eſt refrigerãtium vſus pp eas, quas retuli, cauſas. Humida vero intem-
peries, ſiue ſola conſiſtat, ſiue cum calore frigore ue cõiuncta ſit, oĩum facillime curaẽ. Et, qm̃ tres G
hæ intẽperies creberrime ventriculum affligunt, ſuntq; curatu facillimæ, harum curationẽ in me-
moria habẽt, quicunq; abſq; methodo, hoc eſt via et ratione, morbis medentur: ac ad alias eam in-
temperies (vt dictum eſt) transferunt, ignorantes videlicet plures eſſe. Sunt porrò ipſius humidæ
intemperantię, cum ſola conſiſtit, remedia, cibi, qui citra valentẽ calefactionẽ refrigerationem ue
ſiccent: præterea conſuetæ potionis parcitas. Eius aũt, quæ cũ caliditate coniuncta eſt, adſtringen-
tium & ciborum & potionum vſus. Sint aũt & hi auſteri ſine calefactione.† At eius, quæ cum fri
giditate eſt coniuncta, optima preſidia ſunt, acria omnia: quibus admiſceri debebunt, quę acerba,
ſed citra manifeſtum frigus ſint. Optimum eſt & his præſidium exigua potio, atq; ea vini cuiuſcũ
inſigniter calentis: cõſtat autem id minime nouum eſſe. Ad portionem vero eorum, quę comeſta
& bibita ſunt, etiam reliqua omnia, quæ foris applicantur, adhiberi debebunt.

† Quin & frigidæ potio eis eſt ex vſu. Additur in codicibus græcis.

Epilogus curationis intemperierum ſimplicium & iunctarum. CAP. 10.

ET, quoniam de his abunde tractatum eſt, repetito rurſus ſermonis initio capita eius colliga-
mus. Calida ergo intẽperies refrigeranda eſt: frigida vero calfaciẽda: Similiter humida ſic-
canda, & ſicca humectanda. Q; ſi per copulationem aliquam duarũ qualitatũ intemperies conſi-
ſtat, miſcenda amborũ conſilia ſunt, ac, quæ humida calidaq; eſt, ſiccãda & refrigeranda: quæ vero H
humida & frigida, ſiccanda ac calfacienda. Ad eundem modum ſicca & frigida humectãda ac cal-
facienda: ſicca vero & calida humectanda & refrigeranda. Scire vero licet oĩum harum peſſimam
eſſe inter ſimplices ſiccam: in compoſitis ſiccam ſimul & frigidam. Atq; hoc loco finem habeant
ventriculi intemperies, quas ſcilicet extrinſecus nullus alit ſuperuacuus humor.

De curanda ventriculi intemperie, cum vitioſi humores vel in eius cauitate, vel in tunicis continentur. CAP. 11.

DEinceps ad eas, q̃ ex eiuſmodi quapiã occaſione fiunt, ſtilum cõuertam. Sæpe igitur in ipſo
ſinu ventriculi contentus humor, qui aut calfaciendi, aut perfrigerandi, aut humectãdi, aut
ſiccandi, aut ẽt horum aliqua per coniugationẽ efficiendi naturam obtinet, intẽperiem creat: inte-
rim vero & in ipſas ventriculi tunicas (vt ita dicã) imbibitus ſiue impactus. Ergo prior affectus, ſi
ſemel conſtiterit, per vomitum expurgatus, facile quieſcit. Sin rurſus ex alia quapiã vel alijs parti-
culis humor confluit, diligenter diſcerni indiget. Curatio vero poſt effectricis cauſæ cognitionem
ſtatim ſe exhibet. Dictũ. n. nobis eſt tum alibi, tũ vero in ijs, quę de differentijs febriũ ſcripſimus,
confluere non nunq̃ ex alijs in alias particulas id, quod in his redundat: veluti ex capite ad oculos.
Quo caſu oportet curata ea parte, q̃ tranſmittit, duntaxat firmitati, pſpicere oculorũ: quò videlicet
eorum,

A eorum, quę ad ſeſe cõfluunt, minus prõpte quicq; admittãt. Ita igiẽ & in vẽtriculi affectu oportet,
vbi id, quod ſupuacuũ tranſmittit, inueneris, oẽm huc curam conferre: de ventriculo aũt tantiſper
eſſe ſolicitũ, ne, quę confluant, prõpte recipiat. Id quod duplici (vt arbitror) rõne fiet, vna oĩum flu
xionũ cõi, quippe quæ ab adſtringentibus repercutiuntur: altera vero non minus ipſa quoq; om-
niũ partium, quæ ad bonã habitudinem reducunt cõi, nempe ex ipſarum temperiei mediocritate.
Ergo primũ inſpiciendum totũ corpus eſt, an excrementoſum, an plethoricon. i. nimia æqualium
humorum copia redundans, fluxionẽ ventriculo immittat. Secundo loco, ſi id non videẽ, ſingulæ
partes expendendæ. Atq; in toto quidem corpore æſtimando tum redundantiæ, tum excremen-
torum notas & ex opere de ſanitate tuenda, & ex libro de plenitudine didiciſti. Super has tñ illa
quoq; æſtimabis: primũ quidẽ in mulieribus, an naturaliter non purgentur: mox in viris an excre-
tio aliqua cõſueta his retenta ſit. Pleriſq; n. ora venarum, quæ in ſede habentur, vacuare ſuperflua
* πρόσω ẽ in antiqs, vt Linacer vertit. πρόσω eſt in impreſsis. i. loco. ſunt ſueta. Alijs profluens è naribus ſanguis, aut vomitus, aut alio quopiã mõdo in certis periodis
vas aliquod reclusum. Noui. n. tum in ore, tum in faucibus id multis contingere. Nõ deſunt, qui-
bus & pèr ventriculũ ſanguinis expulſio certo tpe fiat, potiſsimum ijs, qui cũ vehementẽ exercita
tionẽ depoſuerunt, à priore tñ victu non deſtiterunt: aut ẽt artuum toto aliquo ſunt priuati: veluti
B ẽt Hippocrates indicauit. Sunt, quibus diarrhœę & choleræ certis interuallis oẽm corporis redun
dantiam educant. Ab his illud æſtimandũ, quanam victus rõne ſit vſus, vtrum ne frequenti cru-
ditati aut ſatietati inciderit, idq; in ocioſa vita, ac præcipue præter conſuetudinem, an contra. Illud
deinde ppendendũ, an aliud mẽbrũ corporis certo tẽporum circuitu vexari ſolitum, nunc non ve
xeẽ. Alijs. n. articularis morbus, aut coxendicus, aut podagra: alijs cephalæa, aut ẽt fluxio aliqua, q̃
in oculos vel aures procubuit, nunc migrauit ad ventriculũ. Non paucis vero catarrhi & coryzæ,
{id eſt deſtillationes per guttur & nares, } quæ aſſidue vexabant, conueniẽ certo tpe in ventriculi
loca ſunt. His igitur oĩbus conſideratis, ſi quidem ex minus momẽtaneis translatio facta eſt, quod
ſuperfluũ eſt, rurſus ad ea reuelles. Sin ex ijs, quæ maioris ſunt momenti, ambobus ſimul cõſules,
eum ſemper ſubmouẽs affectũ, qui fluxionẽ excitet. Fiet id, ſi oẽs corporis partes ad bonã habitu-
dinẽ reducamus, ac oẽs naturales expulſiones, fluxiles ſemp reddamus. Hæc quẽadmodum effi-
cere poſsis, in opere de ſanitate tuenda eſt præceptum. Nec illud latet, ſi propter æqualium in toto
corpore ſuccorũ redundantiã ventriculus fluxionẽ tentaẽ, totũ corpus vacuandũ eſſe: Simili mõ
ſi pp mali ſucci abundantiã, eã purgandã eſſe, atq; hinc ad ventriculum veniendũ. Prorſus. n. cum
plures iam dies delata in eũ ſuperuacua ſint, aliquid vitij ex malitia eorũ contraxit. Itaq; non intẽ-
C peſtiue, qui ita laborat, abſinthij potione vtetur. Sed nec, q̃ poſtea adhibenda prouidentia ſit, quo-
ad ventriculo priſtinũ habitũ recuperaris, latere arbitror. Quippe, ſi pro temperamento noxiæ flu
xionis, intẽperie aliqñ laboret, corrigi nimirum per contraria præſidia poſtulat. Facillimum vero
* δι' ἀναστολήν. eſt eiuſmodi noxam corrigere, vbi paucos durauit dies. Nam, ſi dẽſiderio eius, qui curaſſet, lõgio-
re ſpatio permanſit, aliqñ tunicæ eius malo ſucco implentur: aliqñ ipſa ſimilaris earum ſubſtantia
intemperata non leuiter effecta, ſimilis curæ indiget ei, quam prius de intemperantijs in hoc libro
retulimus. Reliquum igitur eſt, vt exponamus, quẽadmodum curari ſuccus vitioſus debeat, qui
in ventriculi tunicis eſt receptus. Sunt porrò ad eiuſmodi affectus idonea pharmaca genere qui-
dem ea, quæ modice purgant ſic, vt eorum vis ſuper ventriculi & inteſtinorum loca non aſcẽdat:
aut, ſiquid vltra, vaſa tãtum in meſenterio contingant. Speciatim vero, quæ ex aloe componũtur;
ſunt aptiſsima. Etiam, ſi illa præſtò non ſint, aloe ipſa per ſe. Hæc itaq; non elota valentius vacuat:
elota purgat quidem minus, ſed roborat ventriculum magis. expedit ergo paratam habere, quam
oẽs medici Picran, id eſt amaram, vocant: atq; hanc dupliciter confectam, vtiq; ex aloe elota, et nõ
elota. Admiſcentur aũt huic cinnamomũ, & xylobalſamũ, & aſarũ, & ſpica nardi, & crocus, & chia
maſtiche. Sunto aũt horũ cuiuſq; drachmę ſex, ſolius aũt aloes drachmæ centũ. Præſtantiſsimum
D hoc medicamentum eſt ad vitioſos ſuccos, qui in tunicis ventriculi habentur. vtiliusq; eſt eo ſicco
ex aqua vti duum paruorum cochlearium menſura, vbi mediocriter ac medio quodam modo eo
vti ſtudemus. nam maximus eius modus ac abſolutiſsimus eſt duorum non vtiq; paruorum, ſed
magnorum potio in aquæ temperatæ cyathis tribus: minimus, vnius parui. Vtendum vero hoc
tempore & ptiſanę cremore eſt: qui primus à balneo ſumetur. Nam medicamen ipſum ſolito pur-
gantium medicamẽtorum tempore dabitur. Poſt id vero, vbi modice inambulauerit, & modice
ſe mouerit, de reliqua victus ratione nihil eſt immutandum. Sunt, qui reponunt medicamẽtum,
excipientes id deſpumato melle. Et fit quidem ita durabilius, cæterum non perinde ad propoſi-
tos hoc loco affectus vtile, cum & minus ventriculum roboret, & magis aluum deijciat. Verum
quibus lenta pituita ventriculo eſt infixa, ijs prius exhibenda ſunt, quęcunq; hanc diſſecent: poſt
deinde purgandum. Quòd ſi ad vomendum ſunt idonei, non inutile ſit per radiculas ex oxyme-
lite vomere. Sin vero nec lentus humor ſit, nec craſſus, vtiq; abunde ſit à ptiſanæ ſolius cremore
vomuiſſe: item à mulſa. Quo caſu ſumendum vtriuſuis plus eſt, quàm vel nutrimenti vel etiam
deiectionis cauſa ſumeretur: idoneum vero eſt, & ſi mulſa, in qua incoctum abſinthium ſit, bibaẽ.
Nam id quoq; tenues ſuccos, quicunque videlicet in ipſius ventriculi ore continentur, commo-

dæ